Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Opera

P. 1-3 nebst Inventarium

Gerson, Jean

[Straßburg], 1488

urn:nbn:de:bsz:31-300776

Visual Library

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

X Da 48
ER62

Hs. 1628

M

Gerson, Johannes

Opera. [Strassburg: Joh. Prüss]

P. 1-3. + Inventarium. 1488 2°

III. 360 Bl.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Rudera

Monasterij Augie Cuiuis ibe

D. fe. 5. N10.

Tertia pars operꝝ Johannis de Gerson doctoris christianissimi.

Tabula Generalis

Tertia pars continens tractatus ad mysticā vitam seu contemplationi accōmodatos.

Tituli eiusdem

De consolatiōe theologie 54 A
Dyalogus apologeticus. 56 Q
Carmia nōnlla 56 T
Josephina 57 V
Sermo in natiuitate beate Marie virginis 59 W
Carmen de differenti īmunitate a peccato Christi et matris sue. 60 E
Centilogiū de cōceptibus. 60 F
De vita spūali aie siue sex lctōes 60 S
Centilogium de impulsibus 63 U
De mystica theologia speculatiua 64 K
De mystica theologia practica 65 U
De elucidatione scholastica mystice theologie. 66 T
Carmina de purificatione sensuum interiorum. 66 D
De religiōis pfectōe et moderamie 67 A
De consilijs euangelicis et statu perfectionis. 67 A
De pfectione cordis. 67 Z
De meditatione. 68 L
De simplificatione stabilitione seu mundificatione cordis. 68 Q
Carmē de simplificatōe cordis. 68 D
De directione cordis. 69 A
De illuminatōne cordis siue vna preciosa margarita. 69 W
De oculo. 69 Q
De remedijs ptra pusillanimitatē 69 X
De tētationib diaboli diuers 70 H
Contra pfessum inobedientē. 71 A
De zelo et feruore nouiciatus 71 E
De exercitijs discreti deuoti simpliciū (71 F
Documentū notabile de sacramento altaris. 71 T
Epistole quedam. 71 7
De passionib anime 72 S
Carmē de somnio hui" vite 73 P
De monte cōtemplationis. 73 Q
Epistole quedam 75 D
De mendicitate spirituali. 75 L
Appellatio cuiusdā peccatoris a diuina iusticia ad misericordiam. 77 U
De oratōne et suo valore. 77 X
Decem considerationes in orando deum (78 D
Expositio super Dimitte nobis debita nostra. 78 J
Oratio cū peccator de peccatis suis multum est anxius. 78 K
De canticor originali rōne 78 M
De canticordo. 79 F
Centilogiū de cāticis et solatio 80 P
Collectoriū sup magnificat 81 A
Carmina sup magnificat. 95 A
Centilogiū de meditatōe cruc 96 p' 7
Carminum suorum honesta defensio. vidit liuor. 96 D
Anagogicū de hymno glorie 97 A
Epithalamiū mysticum theologi et theologie. 97 O
Sup cantica canticor 97 R
Epitaphiū Johānis de gerson.
Epistola frātris Johannis de gerson ordinis celestinorū sup opusculis magistri Johannis de gerson germani sui cancellarij parisien.

Annectunt denicz hinc operi tractatus aliquot: qui licz sint alior opibus tamē Joh. de gerson: nō parū cōueniunt. quorum tituli sunt hi.

Tractat' magistri petri de Eliaco de potestate ecclesiastica:
Tractatus de vitijs ministrorū ecclesie.
Nycolai de clymenges.
Tractatus magistri Henrici de hassia de cōtractibus. decz origine cēsuū.
Tractatus magistri Hērici de hoyta de redditibus.
Tractat' mgrī wylhelmi orē de moneta
Doctrinalis expositio magistri Petri de Eliaco sup septem psal. penitētiales.
Deuota meditatio eiusdē super psal. In te domine speraui. rē.
Alia meditatio deuota eiusdē sup psalmo. Judica me deus et discerne. rē.
Deuota meditatō eiusdē sup Aue maria
Epistola quedā de instituto Marthe et cuiuslibet fidelis dispensatoris.
Epistola de cōmendatione solitudinis. ac de silentio. rē.

Finis tabule generalis huius operis quampreclari:

Tabula quattuor librorū

Summarium libri

de consolatiōe theologie.

In prohemio notā tur quatuor cause theologice cōsolatiōis que sunt Spes Scriptura Patientia et Doctrina. In primo metro deflet miseria ciuilis dissensionis. In pria prosa pmi libri colloquūtur monicus id est solitarius. et volucer id est nūcius inter medius/ super statu peregrini seu viatoris/ et de eius consolatiōe p theologiā. In secūdo metro ponitur laus theologie in hoc q est efficax consolari. In secūda prosa ponit primo q theologia suam cōsolatōem inchoat vbi et vnde desinit philosophica cōsolatō/ scilz q cuncta agim⁹ ante oculos iudicis cuncta cernētis. Amplius. q triplex est iudiciū dei vnde consurgit i nobis spes et timor/ et quomodo se comitātur Amplius. q cum sobrietate potest vtiliter recogitari et tradi consideratio iudicioꝝ dei in predestinatōne et reprobatōne sicut fecit apostolus. Et deinde qualit oritur inde cōsolatio intima et solis expertis cognita In tertio metro agitur de sentimento talis consolatiōis. In tertia prosa agitur primo in speciali si causa sit aliqua cur deus istū vel illuz predestinauerit. Deinde cū qua cautela talis ꝓsideratio in particulari debeat aut possit admitti. Demū quo pacto potest quietari spes in deo In quarto metro ponūtur exempla quomodo per tentatōnes non euellit spes. In quarta prosa traditur primo in quo spes consistit et q de nullo hic est desperādum. Amplius quo modo p summā desperatōem venitur ad spem. et quātum sit vtilis consideratio diuine predestinationis. Rursus agitur de corroboratōne spei exemplo sanctorū et quomō stat cum libertate. nec tamen plene potest hoc intelligi sine gratia dei que est vnctō docens de oīibus. In quito et vltimo metro ponit comparatio cuiusdā naute qui ex medijs tempestatibus exilit in locūm tutū et secretum.

De secūdo libro

In prima prosa secundi libri fit sermo de statu peregrini inter serendo de varijs speciebus false spei. et addendo q ex cōsideratōne diuine bonitatz omnia libere gubernātis. sumit secunda causa theologice cōsolationis. In primo metro reprobat opinio philosophorum q deus agit de necessitate nature sicut sol lumen suū. In secūda prosa datur ratio cur diuina volūtas nō est dicenda agere ad extra de necessitate nature. Quomodo preterea ꝓcedit aliter theologia ꝙ philosophia. Addit distinctio trimēbris de voluntate humana et de cōformitate eius ad diuinā. In secundo metro declarat qualit affectōes et industrie q̄ sparsim sunt in brutis aīmalibus/ collecte sunt in homine et in eius ratione cui subditur eius appetit⁹. In tertia prosa fit cōquestio super difficultate quā patitur liberū arbitriū in regendo corpus cōformit ad rectam rōem. et de modo conformādi voluntatē humanā diuine exemplo christi. Tandem causa redditur de varietate iudicioꝝ hūanoꝝ. In tertio metro datur ratō diuersificatōnis iudicij rōnis per similitudinē luminis visi p nubes aut in specul variatis In quarta prosa fit inuestigatio qualiter adiuuat libertas arbitrij. Et infert q nihil est casuale vel fortuitum in ordine ad primā causam. et iuxta quē sensum ipsa posset dici fortuna vel fatum. Addit qualiter et bis que deus inuenitur reuelasse et prescisse pulcerrime et salubres veritates elucescūt In quarto metro docemur sub exēplo quadrupli ci qualiter insequi debem⁹ dei voluntatē.

Tabula tertii libri

In prima prosa tertij libri post recapitulatōem inchoat sermo de cōsolatiōe theologie p patientiā describendo quid sit zelus. In primo metro docet p similitudinē ignis et fuliginis ꝙ tum periculosus est zelus si non gubernet ratione In secunda prosa deducit hoc idem p affectus humanos dando causam cur zelus turbat iudiciū velut in somnijs. Qualis preterea zelus esse debeat tam in habētibus auctoritatē regitiuam ꝙ in carentibus ea. Denicz notantur plures cause turbatiue zeli in rectoribus In secūdo metro laudatur vita solitaria sibi vacās In tertia prosa fit sermo de illoꝝ zelo qui nō habēt regimen aliquod publicū/ docēdo sub qui

busdam regulis qualiter ꝛ vbi debeāt vti vel nō vti zelo suo ¶ In tertio metro docemur ꝙ quilibet sit cōtētus vocatōe sua et ſm illam bñ agat ꝛ ita proderit oīb⁹ nec se ledet. ¶ In quarta prosa declarat quō solitarius potest oīnibus proficere. Deinde subiūgitur sermo de patientia ꝙ in ea cōsolatio theologica reponatur.

In quarto metro ponit vtilitas patientie sub exemplo Job afflicti.

¶ Tabula quarti li/

In quarto libro prosa prima loquitur de trepidatōne conscientie humane respectu iudiciorū dei. Et ꝙ nihilominus labores assumendi sunt pro republica et adiutorio aliorū fundādo se in doctrina sacra. ¶ In primo metro datur ratō cur deus legem naturalē dederit in scriptis lapideis. deinc in euangelica lege repetiuit. ¶ In secunda prosa ponit diffuse distinctō de triplici certitudine: addendo q̄liter intelligi debeat illud Gregorij. Bonarum mētium est culpam agnoscere vbi culpa non est. Et qualiter potest hoc sine mendacio fieri.

¶ In secundo metro docemur qualiter vti debeam⁹ scrupulis orientibus ex preteritis culpis.

¶ In tertia prosa fit iterum sermo super eadem re: docendo ꝙ serenatio conscientie p sentimenta deuota nō est signum efficax diuine gratie gratum facientis. Additur de modo se habendi respectu scrupulorū consurgentiū circa ea que sunt posterius agenda. et qualis certitudo sufficit ꝛ vnde colligitur.

¶ In tertio metro loq̄tur ꝙ precepta legis nature sunt etiā precepta fidei ac legis euangelice. conquerendo de erroribus contingentibus circa ea.

¶ In quarta prosa loq̄tur incidēter de theologis ꝛ iuristis quales esse deberent ꝛ q̄les aliqui sunt. Concludendo ꝙ in morali negocio nō potest vniuersalis ars tradi/ que cōferre sufficiat certitudinē in particulari quolibet agibili/ quin cōsurgere possint scrupuli mentis inquietatiui.

¶ In quarto metro docet quomō pax mentis possit aut debeat inueniri.

¶ In quinta prosa ponitur sub psona theologie/ grandis oratō cōsolatoria super casibus humanis. notatim illius qui tūc franciā cōturbabat. Concludendo supremū consolatiōis theologie gradū/ in animi preparatōe ad martyrium.

¶ Explicit tabula quatuor librorum de consolatione theologie.

¶ Nota pro intelle/

ctu huius dyalogi. ꝙ volucer est intellectus discursiuus ꝛ ratiocinatiu⁹. Homo cui⁹ est intellectus meditatiuus ꝛ inquisitiuus. Peregrinus est homo cōtemplatiuus simul ꝛ actiu⁹. ¶ Pro sensu vero litterali notandū/ ꝙ cū eximius doctor Joh. de gerson/ ex concilio cōstantien. recedēs franciā ꝓpter minas ducis burgundie petere nō auderet. Secessit in montana Bauarie. Ibiq̄ in Rathemberg opido: anno dñi. Mcccc.xvij. conscripto hoc dialogo introducit volucrē nuncium a se peregrino: ad Johānē monachū fratrē suū/ qui prior celestinorū lugduni degebat/ proferentē quēadmodū ꝑ theologiam pegrinationē suam consolet. Et sicuti Boetiū de consolatōe philosophie in forma scribendi imitat. Ita etiam cōsolatiōis argumētum vbi ille dimisit: hic cōtinuare conat

¶ Sequitur Liber primus de cōsolatione Theologie. aa 5

De consolatiõe theologie

Liber de consola/tione theologie Incipit feliciter.

Quecũq; scripta sunt: ait magn⁹ ille discipulus theologie Paulus ad nostrã doctrinã scripta sunt/ vt per patientiã ⁊ cõsolationẽ scripturarũ/ spem habeamus. Conuenerũt aliquãdo sup hoc verbo volucer: cursor leuis explicans vias suas. Et monicus in religione degens. Qui vt vidit q volucer sibi notissimus ad se venit de lõginquo. multa quidẽ sup multis. sed multa plus plurima super aduena quodã germano suo conquirere disposuit. Cuius inquisitionem ⁊ alterius respõsionem. sequens dialogus explicabit/ ⁊ hoc p quatriduũ sub tetragono consideratõnum Que licet ad inuicem cõmunicent. erit tamen appropriatius prima de consolatiõe theologie per spem in cõtemplatione diuini iudicij Secunda per scripturam in reuelatõne regiminis mundi. Tertia per patiẽtiam in zeli moderatiõe. Quarta per doctrinã in conscientie serenatõne. Deus aũt patientie ⁊ consolatiõis consoleꝫ nos in oĩ tribulatõe nostra. et det sermonẽ rectũ in ore duorum. Quor volucer sic incipit.

Primũ metrũ primi libri Elegiacũ

In quo defletur miseria ciuilis dissensionis. Concordat in genere carminis primo metro Boetij de consolatione philosophie.

Carmina

Sepe peregrinas volucer transmissus in oras
Regrediens: patrie menia iam video
Dulcis aue natalis humus/tu francia felix
Inclyta parisius/nobile palladium:
Heu quid id est: seuo bellonam cerno tumultu
Ciuili furere/sanguine cuncta replet.
Spiritus in medium missus vertiginis errat/
Obtruncant gladijs mutuo se proprijs:
Carceribus trudunt alios: aut flumine mergunt.
Dembraq; torturis plurima dilaniant.
Pars queuis dici pietas vult/publica curans
Commoda: que patrie viscera rumpit ouans:
Justicie vultus atror mentitur crinis.
Rex iuuo te clamans regia sceptra rapit.
Exuperant syllam/catilinam crimine vincunt.
Vlim pro virtute bellicus horror habet.
Non pater a natis tutus. fratremq; perire
Vult frater. soceri mors venit a genero.
Clerum/miliciam/ciues/sine lege recluſos
Carcere/plebs rabida sicut oues iugulat.
Nullus adest nostre respectus religionis
Jura sepulture denegat impietas.
Quisquis opes vel diuitias famatur habere/
Obijcitur titulus proditionis ei.
Eligit hic partem neutrã defendere partis/
Nor vtriusq; patet innocuus iugulo.
Nec satis est alijs vni se tradere parti/

Liber Primus

Ni se flagicijs conscelerent paribus.
Quid q̄ te patriam pulchram violare vocatur
Extera gens: hostis te lacerando rapit.
Nulla fides pietasq̄ manet/confunditur omne
Fasq̄ nefas/regnat horrida tesiphone.
Extremos nonne fuerat iocundius indos/
Aut glaciale solum me penetrasse prius.
Aduena tu felix alia te parte recęptans/
Flamq̄ patent oculis non mala tanta tuis.
Verum monachus hic degit/sua claustra subibo/
Ac de fratre suo fecero verba sibi.

Prosa prima libri primi

Monicus

B

Est ne volucer quē video? Et certe is est. Dic precor o volucer vnde venis? que noua fers? qualis ad me te modo sors attulit? ¶ Volucer. ¶ Scito monice. quoniā in cōstātiensi cōcilio generali. cum germano tuo conuersatus vsq3 ad finalem summi pōtificis egressum: tandē diuerticula q̄rens exiui cum eodem. qui iuxta cognomē suum peregrinus effici maluit in terra aliena/q̄s ad suos huc regredi. ¶ Monicus ¶ Satis est o volucer. si certum me facere potuer?. quid agit dilectus anime mee quid amor cordis mei. Nonne dolet velut exulem se fieri in ignota t longinqua regiōe/vbi liguā quā nō nouerat audit? Nonne subtristis est/se poni sub modio vel in obscuris sicut mortuos seculi. qui lucere super candelabrum fuerat institutus? ¶ Volucer. ¶ Nihil prorsus o monice/tempo; tempestate pensata/proq3 diuturna animi preparatōne qua sibi p̄uiderat oīa que occurrissent equanimiter toleranda. Gaudet potius in domino magnificans eum. t exultat spiritus eius in deo salutari suo. deputans se aditum meritis t precibus aliorum. Itaq3 de se securus. t in se domino miserāte trāquillus. deflet miseriam patrie proprie. indignissimāq3 sortem. Cuius tamē calamitatis media pars nō est sibi nūciata. quā oculis proprijs horrens intueor. Quinetiam sup conculcatiōe veritatis t iusticie plorans ingemiscit. Miserabilem deniq3 ciuitatis celeberrime desolatiōem tanq̄ hieremias ruinas hierusalem lamētatur. ¶ Monicus ¶ Qua ratiōe fieri potest o volucer. q̄ exul a patria/a parentibo a propinquis a notis t amicis nō angustietur in corde/nō in animo p̄turbetur? ¶ Volucer ¶ Monice: nihil difficile est volenti. Deministi puto vt aduena noster semper in medijs etiam turbis t vrbibus/solitudinem sibi quesiuit t dilexit. Solitudinem loquor que est a curis forinsecis/t hominū calumnijs vacatio. p̄bans illud sapiētis. qui minoratur actu percipiet sapientiam. ¶ Monicus ¶ Scio volucer t expertus testor. ¶ Volucer ¶ Ecce autē nunc elongauit fugiens t mansit in solitudine/expectans eū qui saluū se fecit a pusillanimitate spiritus et tempestate. quoniā vidit iniquitatē t cōtradictōez in ciuitate. Euolauit sicut passer: erepta de laqueo venantium. Undiq3 nimirū sibi parabātur insidiarum tendicule. Enatauit vt potuit/a naufragio reipublice. p̄stolans si forte postmodum sit spes. Nihil tandem se videns aduersus currētem furoris impetum nitendo proficere/desilijt aliorsum a curru publici regiminis/cedens raptui p̄ualentis nequicie t malicie/quam ad presens nō vincit sapientia. ¶ Monicus. ¶ Vincet tādem aliquādo? crede mihi? volucer. Magna quippe t fortis est veritas t super oīa vincit ac p̄ualet. ¶ Volucer. ¶ Veritas o monice quando vincet nescio. hoc vnum p̄ prijs oculis inspicio iuxta vocem ysaie/q̄ conuersum est retrorsum iudicium/t iusticia lōge stetit/quia corruit in platea veritas/et equitas non potuit ingredi. quoniā facta est veritas

in oblitionẽ/ ⁊ qui recessit a malo prede
patuit. Quo cõtra videre est falsitatẽ: nõ
qualemcũq; sed hereticam prauitatẽ in
via mandatorũ dei/ que ambulat vicos
⁊ plateas/ erecta ceruice/ insultans ca-
tholice veritati cum defensoribus suis. prote-
rit eos pedibus sordidissimis. Ac de ip-
sis tanq; domina victoriosissima trium-
phare gloriatur.

Ronicus

O Rob dei atq; hoim fidem. dic
o ro volucer vnde tã lis euersio:
Nonne sancta generalis syno-
dus. que pro veritatis tuitõne
principaliter instituta fuerat/ se cultricẽ
huiusmodi veritatis exhibuit atq; protec-
tricem. Verum hanc interim querelam
omissam volo quoniã cupit anim⁹ ex te
cognoscere quib⁹ exercitijs se refouet fra-
ter/ quẽ torpere nequaq; putauerim iner-
ti ocio: quib⁹ insuper armis spũalibus
aduersus iniquos fortune seuientis im-
petus congredi solitus est/ ne tristicia se-
culi que mortẽ opatur ipsum vel deijciat
vel absorbeat. Volucer. De verat so-
lida pegrini consolatõne tecum sermonẽ
habiturus. significo in primis q̃ eam ac-
cipit doctrice theologia/ que comitem se
dedit pegrinationi sue. Ab infantia enim
sacras litteras nouit/ neq; furor hostilis
neq; terror puertere potuit: quin pseque-
retur iter suum/ de qua sapiens. Attingit
ergo/ ait a fine vsq; ad finem fortiter/ ⁊ di-
sponit oĩa suauiter. Hanc amaui ⁊ exq̃-
siui eam a iuuẽtute mea/ ⁊ quesiui spon-
sam mihi eam assumere/ ⁊ amator factus
sum forme illius (Sequitur cõsolatio) in-
trans in domũ meam conquescam cum il-
la. Non enĩ habet amaritudinẽ conuer-
satio illius. Nec tedium cõuictus illius
sed leticiam ⁊ gaudium. In cuius pre-
conium ita libet metro pangere.

Secũdũ metrũ primi libri dactilicum

alcmaniũ tetrametrũ hypercatalecticum
In quo ponit laus theologie in hoc/ q̃
est efficax cõsolari ⁊ currit cum secũdo me
tro Boety Deu quã percipiti.

Felix theologus pulcra sophia
Cui vult a puero se dare spõsam:
Que castũ tenero stringit amore.
Eius se vocitans iure sororem.
Lasus se sociam prebet in omnes
Ac vite releuat tedia meste.
Solatur resonans cantica syon
Securoq; regit limite gressus.
Spes ⁊ vera fides concomitãtur/
Et diuinus amor: quadraq; virtus
Prudens sobriaq; fortis ⁊ equa/
Donorũq; cohors iuncta beatis.
Ad te si tribulans sors ruit vlla.
Duris increpitans torua flagellis:
Perstes. impauido suscipe vultu
Nam sic viuitur/ est pax in amaro.
Nam si flammigeris intonat ether
Fractus fulminibus/ totus ⁊ orbis
In se dissiliat/ si caro cedit
Mens esto stabilis/ sede retenta.
Nec tu quesieris herculis arma/
Nec grandes validis viribus artus/
Plus horrenda satis/ q̃s superarit.
Hac iutrice potes perdere monstra.
Infandas crebi carmine pestes
Vicit quãdo lyram temperat orpheus/
Mollescunt lapides/ flumina sydunt
Sed se nõ superat victus amore.
At vero citara dum modulatur
Pastor postes rex carmine odas/
Quas aptat phronesis/ ocyus ejs
Pegnam spiritus a rege saule
Ergo nemo satis theologie
Laudes extulerit/ tanta patrantis.
Qua cure fugiunt/ mens bilarescit/
Que virtute sua monstra trucidat.
Cuius vi raptur aduena/ degens
Terris/ ad nitidum scandere celum.
Excelsa residens cernit ab arce.
Fortunam merito rectus vtranq;

Secũda prosa primi libri sequitur.

Ronicus

Vere quidem laudaueris theologiã
volucer. Sed in consolatione reci-
pienda contra fortuitos casus con-
tra vanam mundi felicitatem. Cur non
suffecerit celebris ille dyalogus philoso-
phie cum Boetio. qui prorsus elegãti sti-
lo/ breui/ ⁊ splendido compositus est. sen

tentias grauissimas atq; verissimas in se tenens? ¶ Volucer. ¶ Noli mirari monice. si theologia philosophie preficitur/ quoniã sicut naturam gratia/ sicut ancillam domina et discipulã magistra/ sicut tempus eternitas/ sicut ratiocinatõnem intelligentia sicut visibilia ea que nõ videntur. sic theologia philosophiam exuperat/ quam nõ abiecit sed in obsequium sumit. Est autem lex diuinitatis t ordo. vt suprema inferiorum iungantur ad superiorum infima/ more concatenatiõis/ veluti plato loquebat/ que in corporalibus argentea in spiritualibus aurea vocabatur Et plane hanc in scala iacob graduũ figuratiõem accipimus. ¶ Propterea sub compendio procedentes inducemus theologiam inchoãtem verbũ ab illo supremo / quo philosophia consolatõnem suam apud boetiũ terminauit. Ita enĩ recto breuiatoq; ordine procedet theologia/ sursum machinã sue deductõnis erigens. si philosophie sibi fundamenta substrauerit. ¶ Quale vero sit illõ quod postremũ philosophia posuerit? puto meministi. Magna enim vobis est inquit si dissimulare non vultis? necessitas indicta probitat?. cum ante oculos agitis iudicis cuncta cernentis. ¶ Bonicus. Hemini volucer / t quali principio et ordiens? quali preterea medio progrediens hucusq; processerit retineo. nimirum qui studio libri illius ab adolescentia vehementer incubuerim.

Volucer

Congratulor eruditiõi tue Si quidẽ ab hac sentẽtia qua philosophia desinit? theologia suam cũ peregrino cõsolatiõem iniciat/ qualis sententia formaliter in augustini soliloquio posita est. ¶ Et certe Paulus dũ ad hebreos scriberet/ collaudaturus virtutes fidei/ proposuit symbolum nature/ quod hominibus p̃o omni tẽpore necessarium fuit. Credere enĩ oportet accedentem ad deũ/ quia est et inquirẽtibus se remunerator sit. At vero deus ipse qualis iudex exisseret/ qualem insup remuneratõnem daret querẽtibus se/ non potuit philosophia neq; discipuli sui decreta ratiõis inuenire. Deficiebat enim volentibus ad altiora conscendere scala creaturarũ. per quam sempiterna dei virtus atq; diuinitas licet possit attingi/ non tamen vsq; quaq;. vt cognoscerent quales quantas ve penas reprobis deum cõtemnẽtibus/ qualia porro premia se inquirẽtibus iustus iudex tribueret. Quod facere si vel philosophi vel poete tentauerũt/ euanuerũt in cogitatõibus suis. t vix aliud q̃ errores fabulosos sibiq; dissidẽtes fingere potuerũt. Rectam denig; mandatorum dei viam nescierunt qua pgitur ad vitam/ que est status omniũ bonorũ aggregatõne perfectus. q̃lem hic assequi neminem posse philosophia demonstrat experimentali ratõne. Sed vel virtutes vel actus formales q̃bus attingatur iste status obiectiue quidez. in deo intuitiue cognito philosophia tradere nõ valuit. Diserati autem desuper humanos errores deus/ eas veritates necessarias t salubres ad quas euehere nõ poterat philosophia nec tentare debuerat/ theologia supernaturaliter infusa / sicut et humanus supernaturalis ẽ finis/ reuelauit t addidit. Inter quas? non irrationabiliter theologia super istam q̃ deus inquirentibus se remunerator sit. quia videlicz iustus iudex est cuncta cernens. collocat t adiicit modum iudicij a christo tradidi. Ibunt hi nõ dubium quin mali? in supplicium eternum. Justi autem in vitam eternam. ¶ Neq; enim est alia veritas efficacius generatiua timoris domini q̃ ista/ claudẽs in se horrendissimũ illud damnationis tonitruum. Ite maledicti in ignem eternum. Nunquid non horrendũ valde pñci a facie dei summi boni? Sed ad horroris cumulum inexcogitabilem / additur maledictio trudens in ignem? non qualẽcumq; / sed eternum. Et hoc cum dyabolo t angelis eius. vbi ascendet fumus tormentorum in stagno ignis ardentis t sulphuris/ vsq; in secula seculorum. vbi vermis eorum nõ morietur/ t ignis eorum nõ extinguetur. Et erunt vsq; ad satietatem visionis omni carni. Ad hunc auditum si fides admixta est? timorẽ domini quis non sibi suscepit? Est autem timor domini inicium sapientie. t ab ipso concipimus spiritũ salutis. Et per eũ declinatoris a malo. illũiant? corda/ t in oblectatõe

venit misericordia. ¶ Bonicus ¶ Qua ratõne fieri potest o volucer/ q̃ per timorem ⁊ talem timorem veniat queuis oblectatio? Timor enim penam habet/ quẽ p̃fecta charitas foras mittit. Qualis amplius esse cõsolatio potest hñti p̃oculis assidue stagnum ignis ardẽtis ⁊ sulphuris. in quod ne corruat: formidare habet momento quolibet? Hec vnq̃ dum venit ab hoc pauore secur⁹ est? Nescit enĩ homo finem suum neq̃ si amore vel odio dign⁹ sit. ¶ Volucer. ¶ Recte censeres monice si theologia fidelis nequaq̃ ad vlteriora per timorẽ istum pueberet/ si nõ ad spem que non confundit: effugere compelleret Si non deniq̃ ad deum totius consolationis/ per dilectiõem amplectẽdum sibiq̃ adherendũ. velut in locum refugij: mirabiliter induceret. ¶ Bonicus ¶ Vellem audire quo pacto fieri habet hec inductio vere mirabilis de timore in spem ⁊ amorem? Neq̃ enim eadem sede cordis simul habitare posse videnť timor⁊ spes licet legam p̃phete iussionem regibus terre vt seruiant dño in timore ⁊ exultent cum tremore. Et per sapiẽtem. Qui timetis dominũ sperate in illum. ⁊ iterum p̃pheta. Beneplacitum est domino sup timentes eum ⁊ in eis qui sperant sup misericordia eius. ⁊ alibi sine numero spes timori coniũgitur. ¶ Volucer. ¶ Attendendus est o monice: solerter ordo iudiciorum sup̃mi iudicis dei. qualem philosophia non attingit. Unde theologia velut humano more loquens triplicem deo curiam: triplicemq̃ thronum deputat: ¶ Residet in p̃ima curia et throno indulgens gratia. Residet in altera curia et throno corrigens misericordia. Residet in tertia curia ⁊ throno damnãs iusticia de q̃ per apostolũ. Horrendũ est incidere in manus dei viuẽtis. ¶ Tradiderat homines oñes in hanc mortis damnatõez p̃uaricator adam. nec erat qui de manu hac iudicãtis dei posset eruere/ si non supra nature vires ⁊ merita/ cõstituisset nobis iustus iudex deus/ per sacramentum reconciliatõnis vnigeniti filij sui dei/ curiam p̃imã ⁊ alteram in quibus gratiam ⁊ misericordiã iudices collocauit/ inthronizans quando factus est nobis a deo sapientia ⁊ iusticia: sanctificatio et redemptio. Quãdo p̃terea datum est hominibus damnatis in curia iusticie eam quasi grauaminis illatricẽ posse declinare appellando ad sup̃iores curias gratie ⁊ misericordie/ quoniaz supexaltat misericordia iudicium. fiteq̃ vt vbi abundauit delictum sup̃abundeť gratia/ quod philosophia nõ cognouit. ¶ Bonicus. ¶ Inci p̃io volucer grauioribus q̃ antea scrupulis vrgeri/ vt omittam questiões interim multiplices/ ex tuis habentes dictis ortũ de fide philosophorũ ⁊ aliorum quo pacto saluati sint aliqui sub nature sola lege Tradit itaq̃ philosophia vir p̃scrutabilem diuine p̃uidentie viuacitatem. p̃sertim dum ad eam confertur humani libertas arbitrij/ cum certa p̃cognitione futurorum Sed ecce sup̃addit theologia difficultatem in imm̃ẽsum minus inuestigabilem/ neq̃ comp̃ehẽsibilem. dum quosdam ex hominib⁹ recipit iudicãdos in curia gratie vel misericordie⁊ et ne beatitudinis p̃cipes facit. Alios vero multo plures damnat in eternũ sua iusticie seueritas/ dicente eo. Multi vocati: pauci vero electi. Virum autẽ si quis in hac re cogitatõne constitutus nõ perturbetur ⁊ totus horroze tabescat/ qualiter abscondita non est consolatõ ab oculis suis (iuxta scripture verbum) dum ita deus inter fratres diuidit. ¶ Volucer. ¶ Fatendum est in p̃imis Bonice! q̃ hec cõsideratio iudiciorum dei qui terribilis est in consilijs super filios hominũ/ si cum superba curiositate recensetur/ p̃cipitat in illam sapientis damnatiõem. Qui scrutator est maiestat⁊ opp̃imet⁊ a gloria/ exterminat omnẽ bone consolatiõis virtutem deniq̃ in reprobam de deo desperatõem/ ⁊ in odiosas rabidas ⁊ insanas blasphemias demergit ⁊ absorbet. hoc in viatoribus aliquibus hoc in damnatis oñibus opatur. ¶ At vero consideratio talis si cum debita humilitate ⁊ reuerentia fidelis ⁊ pij cordis assumatur Si cum captiuatõne oñis intellectus in obsequiũ fidei reuoluat. nullam existimat peregrinus noster portionem vel efficaciorem ad consecutõem legitime consolatõnis viã/ diuinitus elargiri. Nonne senserat hoc p̃pheta dum suspirans ait? Memor fui iudicior⁊ tuor⁊ a seculo domine/ ⁊ cõsolat⁹ sum. Quã p̃solatõz nescio si vehemẽtius exp̃sit alio loco is q̃ dixit. Et exstraueŕt. i.

extra se salierũt/filie inde propter iudicia tua domine. ¶ Honicus. ¶ Obseruandũ ne est obsecro volucer/ne min⁹ sobria fortassis & insolẽs sit huius doctrine traditio. quoniã stultoꝝ infinitus est numerus/carnalium & arrogantium/q̃ non capiunt que dei sunt. & si nõ dixeris ea que versant̃ in corde suoꝝ que suo ingenio penetrare se gloriari possint. ¶ Volucer. ¶ Corrigit & repellit tuã hanc hesitationẽ conscius arcanoꝝ diuinoꝝ apostolus. qui satagens contentiõem gentilium romanorũ/& iudeoꝝ qui susceperãt fidem compescere/collocauit totius disputationis sue velut centrũ & cardinem supremũ considerationem diuine p̃destinationis et prescientie ab illo loco. Scimus autem quoniã diligẽtibus deum/omnia cooperantur in bonum his qui sm̃ ꝓpositum vocati sunt sancti. Nam quos prescisciut & predestinauit. &c. Usq; dum exclamat. O altitudo diuitiarũ sapientie & scientie dei/q̃ incõprehensibilia sunt iudicia eius et inuestigabiles vie eius. Quis enĩ cognouit sensum domini? Aut quis consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit ei & retribuetur illi? Illic inserit q̃ nõ volentis neq; currentis/sed miserantis dei est. & cuius vult miserek. & quẽ vult indurat. Et q̃ non ex opibus. sed ex vocante dictũ est Jacob dilexi/esau aũt odio habui. ¶ Apostolus igitur doctor gẽtium in fide & veritate/inter quas erant insipientes multe carnales & superbe. si p̃missam eis considerationem pro sua edificatõne nõ timuit exponere/quatinus eas & iudeos mutuo reduceret ad legitimã pacis & caritatis formã. Quo pacto verẽdum erit inter christianos/p̃sertim eos qui de sua salute soliciti sunt consideratõe ista vtiq; apud eum/talem de sua salute consolatõem suorumq; similiũ opata est. vt assereret Certus sum enim q̃ neq; mors/neq; vita/neq; angeli/neq; principatus. neq; virtutes. neq; instãtia. neq; futura. neq; fortitudo. neq; altitudo. neq; profundum. neq; creatura alia poterit nos separare a caritate dei que est in christo iesu domino nostro. ¶ Poterit autẽ certitudo talis accipi de certitudine reuelatiõis diuine si Paulus de se solo loq̃retur. Sed dum cõnumerauit alios electos dei conuenientius intelligit hoc esse dictũ de certitudine spei. que trãquillitas quantũ sit optatiua. satis admodũ prophetа regius exposuit. q̃ dum gloriabundus in dño dixisset In pace/in id ipsum dormiã & requiescã. Subintulit pro causa spem/dicens Quoniã tu domine singulariter in spe constituisti me. ¶ Honicus. ¶ Scire velim o volucer quo studio vel industria deuenit aduena noster vt in hac pace in id ipsum frueret? ¶ Volucer. ¶ Accipito v̄ba mea sobrie Neq; enim dicere p̃sumo/nisi quod aspirat & aspirare suadet ad illam pacẽ in id ipsum cum prophetа dicente. Concupiuit anima mea desiderare iustificatões tuas/in omni tempe/si forte aliquãdo desiderium sui & similiũ pauperũ exaudiat dominꝰ. & preparatõnẽ cordis eorum audiat auris sua. Scit enim quoniã nemo repente fit summus. scit quoniã munus hoc gratie magis est q̃ industrie. Nihilominus doctorũ deuotorũ scripta relegẽs theologia ductrice/suis vti conatur industrijs/ne sibimet deesse putetur. deumq; tentare videat. Enititur experimento cognoscere que sit illa pacis consolatõ qua sobrie inebriat̃ exclamat psalmista. Quã magna multitudo dulcedinis tue domine quã abscondisti timẽtibus te. Signãter ait abscondisti/q̃ nec ab habẽte tradi nec ab eo qui non habet capi potest. Est quippe nomen nouũ in calculo candido scriptum. qõ nemo scit nisi qui accipit

Tertium metrum ¶ k

primi libri glyconici coriambici. & proportionat̃ secto primi de consolatõe philosophie. Cum phebi radijs.

O Agnũ crede nimis bonum
m Intus quo valeas frui/
Extra non liceat loqui.
Certe nescit homo vetus
Intro quid sapiat nouus
Hoc est manna reconditum.
Sensus quod capit intimus.
Queris qualis ei sapor?
Aurem verbaq; quid paras?
Gusta post videas licet.
¶ Degens frater agro senex
Querit gaudia/que domi
Frater iunior accipit.
¶ Lecus mel ionathas prius
Gustat/protinus binc videt.

¶ Del nobis sapidũ deus:
Quo fastidia tollere
Mundi noxia fas tibi.

Tertia prosa primi

¶ Monicus.

O Miseris interim volucer verbum sup istis affectus deuoti sentimẽtis/in quibus stat sapientia:que in mysterio abscõdita est. Hec est theologia mystica/de q̃ tractatus fratris apud me seruo/quosdã latino/quosdã vulgari scriptos stilo. Sed sup his altera fortassis die sermo fiet: ¶ Perge vero prosequi de spe:respondens ad pauculas interrogatiões meas/qui secretorum aduene nostri cõscius es. Recogitat ne supremũ iudicem deũ:homines ex massa peccatrice:pdestinasse quidem hos ab eterno sempiterne beatitudinis fore participes/alios vero prescitos et reprobatos ad suppliciũ perpetuũ: ¶ Volucer. ¶ Recogitat monice/et id sane freqnter. ¶ Monicus ¶ Accusat ne diuersum huiusmodi iudiciũ dei: tanq̃ preterea sit in eo seua quedã crudelitas/indigna bonitate sua summa: ¶ Volucer. ¶ Absit monice talis aduersus deũ blasphemia/neq; enim psonã accepisse/neq; iniuriaz fecisse dici potest q̃ nulli debitor est. Nõ notauit apostolus dicens. O homo/tu quis es qui respondeas deo:nunquid dicit figmentũ ei qui se finxit.quid me fecisti sic: An non habet potestatẽ figul⁹ luti ex eadem massa facere. aliud quidẽ vas in honorẽ.aliud vero in cõtumeliam: ¶ Talis apõ homies similitudo plurima repitur. nedũ super rebus vita carentibꝫ/sed animatis/quibꝫ vtũtur pro arbitrio suo alijs ad mortẽ.alijs ad conservatõem nec arbitrãtur se:vl'iniurie: vel crudelitati obnoxios esse. ¶ Quid si vult deus in magñ domo sua manifestare diuitias glorie sue.istis in ostensionem misericordie.alijs in manifestatõem sue iusticie/glorificans illos ex misericordia/istos ex iusticia derelinquens: quatinus resultet carmen illud pulcherrimũ. Ex grani tenore iusticie/z molli cantu misericordie/de q̃li profitet⁹ pheta. Misericordiã z iudiciũ cantabo tibi dñe. ¶ Qz si pauciores sunt qui saluãtur/manifestior est in hoc gratia dei quẽadmodũ int' surdos z claudos mutos z mortuos/pauciores sunt q̃ miraculo curãtur/q̃ qui proprie cõditioni relinquũtur. ¶ Clerũ dum ad singularia fit descensus et inquisitio. cur videlicet Petrũ vel Paulum deus elegerit ad salutem. Judam vero z diuitẽ epulonẽ dereliquerit:oportet vt humana garrulitas apponat digitũ ori suo/hoc vnum profitens q̃ iustus est domin⁹ in oñibus vijs suis. ¶ Itaq; sicut nulla potest assignari ratio cur inter tot res possibiles fieri/ista nõ:illa facta est/nisi beneplacitũ dei. Ita de recreatõne seu regeneratõne/ad vitam spiritualẽ/multomagis dici debet. Neq; confugiendũ est ad illorũ merita vel opera/quos ab eterno pdestinat deus. quia si ex opibus:iam nõ ex gratia. Sed neq; priorem eterna dei voluntas causam habet/qui fecit oñia propter semetipm. impiũ quoq; in diem vindicte. Nihilomin⁹ fatendum est q̃ nemo sine culpa damnabitur.sicut absq; gratia saluabit nullus. ¶ Monicus ¶ Pergo volucer inquirere cõsequenter/si hanc aliquãdo peregrinus noster consideratiõem super se/z ad se reflectit. Meditãs ne forte sit ex numero reproborũ/neq; enim gloriari potest se peccatũ nõ habere:neq; de alia massa esse q̃ cereros: ¶ Volucer ¶ Dicam illõ monice quod sentio Meditatur aliquãdo se cum cõquerens. quid si iusto dei iudicio damnãdus es: Si reperit indispositum cor suũ ad humilem hui⁹ considerationis susceptõem/derelinquit eã/z ad alia se cõuertit. quemadmodũ fieri consiliũ est in tentatiõibus vel interrogatiõibus carnaliũ peccatorũ/vel experientijs earũ rerũ/que sunt difficillime electõis. vt si querat aliquis a semetipo Malles membratim laniat⁹ mori/q̃ illecebrose voluptati mulieris pulcerrime consentire: ¶ Si vero percipit affectum suũ/deo propicio tranquillum/humilem z suauẽ/sicut imprecatur apostolus. Deus autem spei repleat vos oñi gaudio/et pace in credendo/vt abunderis in spe/et virtute spiritussancti.sistit pedetentim tamẽ et caute/in hac recogitatõne.si forte damnandus est. Cuius apprehensioni/nequaq̃ remurmurat/scõm presentem affectum/z sensum de diuina iusticia. Sed humiliatus dicit. Justus es domine/z rectum iudiciũ tuũ. Nõ q̃ damnatiõem eligat. Absit. qz

nec deus hoc vult ipm velle/sicut nec pec
care nec desperare dum viator est. Dicit
potius cū Job. etiā si me occiderit tamen
in ipso sperabo. Et cōuersus ad dominū
cū pio t humili affectu. Scio inqt eqssi/
me iudex/ quoniā damnati in inferno te
odiunt. te iniustū. te inuidū. te crudelissi/
mū iudicant. te blasphemant. te sanctisqz
oīnibus ore rabido maledicūt. Scio q
illic cōstitutus (heu me miserū) sic agerē.
At vero dum interim affectib tam effe/
ris t blasphemis careo. amo te qui totus
es amabilis. te iustissimū/ te amātissimū
te clementissimū diiudico. te collaudo. ti
bi sanctisqz omnibus tuis ore' pio bene/
dico. quicquid postremo de me futurum
ordinauerit voluntas tua/ corde credo et
ore profiteor. quoniā nulla est iniquitas
apud te qui sanctus es in oīnibus operi/
bus tuis. ¶ Bonicus. Placet volu/
cer distinctus iste modus habendi se cir/
ca recogitatiōem diuine predestinatōnis
seu prescietie/ nam sicut in primo curiosi
tas temeraria. sic in secūdo meritoria val
de humilitas exercetur. ¶ Videre simile
est in aspectu vel recogitatōe formose mu
lieris/ vbi periclitarer incōtinens. contī/
nens vero fortiter habituatus/ vterer ad
virtutem. ¶ Video q amor hic gratuit⁹
est. nō mercēnarius. nō recuruus. hec af/
fectio filialis vel fidelis sponse. quē amo/
rem/ quia donū suū est/ nō acceptare non
potest. quia diligentes se diligit. Beatus
qui ascēsiones in corde suo disponēs ad
hunc gradum pene supremū peruenit ¶
D Sentio deinceps magis ac magis q̄ me
dio potest hec considerātō pacem quan/
dam t consolatiōem operari. Ita tamen
si sit apō homines qui peccata iam non
iterāt. nam iteratio peccatorū quid aliud
pretendit q̄ reprobatiōem t interitum?
Attentō q spes nō ex meritis prouenīēs
presumptō est. nō spes estimanda ¶ Vo/
lucer ¶ Scio o monice quoniā nemo est
qui viuit t nō peccet quando t septies in
die cadit iustus. Et beatus dicitur a psal
mista: nō qui non fecit. sed cui nō impu/
tauit dīs peccatū. Dirū fortasse videbi/
tur quod dicturꝰ sum. Inuenire est homi
nē qui quanto pluribus impugnat ten/
tatōibus/ quāto renitēs eis pluries euin/
citur/ vel in voracitate gule. vel in somni
culosa dormitatōne/ vel in stimulo⁹ car/
nis crebra ꝓpessione/ t alīs huiusmodi/
tanto frequētius certius t ideo fortiꝰ. qz
humilius/ in deū se proīcit. de deo sperat
t confidit. Consulte quidē dum nullam
videt in se fiduciā resistēdi viriīs/ neqz vir
tutes t salutē adipiscēdi repositā. Fallor
si nō ita dauid egerit ingens. Impulsus
euersus sum vt caderē/ subdit. cuius inni/
xus ē auxilio/ t domin⁹ suscepit me. Rur
sus cū ab homīb sibi desperatō impro/
perarēt/ quia tulerat ouem t pastorē occi/
derat/ t dicerent. non est salus ipsi in deo
eius/ ipse solidiori spe deo fisus respōde/
bat. Tu aut̄ domine susceptor meus es
gloria mea. t exaltans caput meū ¶ Bo
nicus. Ut intelligo volucer. Ita se res
habet/ q apud vere humilem quāto mi/
nus est in se spei/ minus in ope aliena fi/
ducie. minus deniqz vult cōstituere iusti
ciam suam. tāto plus spei plus fiducie de
deo ꝓcipit. plus quoqz iusticie dei fit sub/
iectus. dicens ex sententia. Mihi autem
adherere deo bonum est/ t ponere in dño
deo spem meā. clamans ei. in tua iusticia
plane non in mea/ libera me. Postremo
magis intelligere nunc videor/ que in de
uotoꝝ libris legi/ de introductiōe sponse
in cubiculum sponsi. de osculo oris eius
post osculum manuū t pedum/ de habi/
tatiōe preterea in adiutorio altissimi/ nō
in habitatōne vel meritoꝝ proprioꝝ que
vana est. vel penarum futuraꝝ que anxia
vel industriarū propriarū que timida est
t incerta. ¶ Certa vero qualiter esse pos/ H
sit in adiutorio altissimi. inter tot vite di
scrimina. inter tot criminū lapsus. inter
tātam electorum paucitatē edisseras ve/
lim. ¶ Volucer. ¶ Rerum ista condi/
tio est o monice/ vt in suos fines tendant
quib adeptis quiescunt adherentes eis.
hoc de grauib deorsum. hoc de leuibus
sursum videre est. Est autē humani cor/
dis desiderium t pondus/ in deū/ sicut in
locum suū t centrū ferri. est supremū post
quod nō relinquit aliō humane peregri
nationis refugium. Superest igitur nihil
infra quod/ vel vltra quod possit huma/
nū se cor deflectere vel fugere. dum ponde
re suo se cōstituit adherere deo. nūc interī
per spem/ fidem t amorez. neqz enim sibi
dat aliter status presens. Porro sicut ali
quis dicitur adherere certitudinaliter lo
co alicui vel baculo/ dum totis viribꝫ ita

stare vult. nõ aliter spem certã dicimus p deliberatã voluntatis adherẽtiam. neqz enĩ spes est in assensu et vi rationali / sed desiderio ꝛ expectatõne virtutis irascibilis tendentis in ardua. quod desiderium tendentia / vel expectatõ reputur in virtute spei cum tanta certitudine p adherentiam volũtatis / qp p nullius temptatõnis / vel recogitatiõis insultũ vult ab ea semet euellere. Consurgit ex radice simili certitudo in assensu fidei. dũ p nullas rationes vel fantasias fidẽ impugnantes / vult derelinquere / quo minus stet in fide / ad obeditionẽ dei / ꝛ meriti conquisitiõem.

Quartũ metrũ primi dimetrum Jambicũ.

Que mõtis alto stat iugo
Quercus suis radicibus
Defixa nitens fortiter
Ventos et imbres non timet.
Assumit hinc plus virium
Quo plus in imo se locat
Concussa venti turbine /
Sic spes ferens tentamina
Antheus inuictus fuit
Dum cautus incubans humi
Non vult in altum surrigi /
Elatus ilico perit.
Que collocatur saxeo
Domus loco fideliter /
Venti / pluuie / flumina
Desciuant / nunqz ruit.
Verere vos spe firmiter
Vestro loco nitamini.
Vester locus certe deus!
Quo spes reponit certior.

Prosa quarta primi libri Bonicus.

Jsum est aliquibus o volucer qp spes in prescitis semp sit erronea Jd enĩ se putant habituros quo carebunt. Alĩ volentes hãc absurditatẽ euadere dixerũt spem in hac cõditionali existere. Si legem dei obseruauero salu⁹ ero. Volucer Bonice. nec hoc vltimũ sufficit ad spem. staret enĩ cum desperatõe talis cõditio. Nec primũ sobrie dictũ est. qp deus obliget reprobos ad errandũ / sicut obligat ad sperandũ. Proinde spes ad certã beatitudinis expectatõem / sic se habet. Ponit sibi p fidem / qp est aliqua talis beatitudo. iungit qp ad illã pura liberalitate ꝛ gratia deus ab eterno quosdã predestinat ꝛ eligit. Addit qp ad consecutõnem hmõi finalis beatitudinis / ordinauit media cõuenientia / varijs modis sine numero Jnter que mediũ precipuũ est gratia. que ideo dicitur vita eterna. quia pignus eius est / vel arra. Hanc autem gratiã nulli dedit neqz daturus est / nisi p mediũ mediatoris dei et hominũ Quã gratiã pro omnib⁹ meruit ad sufficientiã. sed non ad efficaciã. nisi incorporatis sibi per fidem habitualẽ / vt in paruulis. vel actualem ꝛ habitualem q̃ per dilectiõem pseueranter operatur. que fides min⁹ explicita fuit in prophetis tẽpore legis scripte / q̃z in apostolis tempe gratie. Et longe minus in philosophis ꝛ alijs gentilib⁹ p lege nature. Quãuis enĩ essẽt accedentes ad deum oporteret credere qp deus est. ꝛ qp inquirentib⁹ se remunerator sit. quis essz tamẽ modus quo talis remuneratio cõsequeretur / p mysterium videlicet incarnatõnis filij dei. sicut non erat explicite reuelatũ / sic nec explicita fide credendũ. Ceterum spes taliter instructa p fidem. que suus est oculus / figit in primis desideriũ suũ ad beatitudinis adeptõem tanqz ad finem. Et ab illo desiderio nequaqz vult anelli. Deinde desiderat media quelibz ad huius finis assecutõem per dei prudentiã ordinata / p arma iusticie sicut dicit apostolus. a dextris et a sinistris. per gloriã ꝛ ignobilitatem. per infamiã et bonam famam ꝛc. Fides itaqz rursus dicit ei / qp diligẽtibus deum ꝛ sperantibus in eo / omnia cooperantur in bonum / sicut tradit apostolus qp omnia nostra sunt / conformiter ad christũ. Primũ querite regnũ dei / ꝛ omnia hec adijcient vobis. neqz talium aliquis predestinatorum peribit vnqz. Quo contra fit de reprobis q̃bus omnis cedunt in malum / etiam aliena bona que in scãdalum sibi vertunt ꝛ ruinã. Nibilomin⁹ quoniã ignotum nobis est quos vult inter homines deus ꝛ qualiter saluos fieri / opandũ est bonum ad omnes / vel orando / vel cõmonendo / vel hortando / vel increpãdo / vel ab erroribus ꝛ vitijs abducere satagẽdo Jta sagena caritatis ꝛcludit i se bonos ꝛ

malos separandos in littore iudicij
Preterea si ex peccatis electorum diuina bonitas potest. scit et vult elicere bona. nō tamen idcirco mala bona sunt/vel eligenda. sed cauenda penitus plangēdaq3. Collaudādus autē benignissim9 7 omnipotens deus q malis nostris nō solū nō vincit/sed ex eis operatur bonum nostrū
Sic enī dicit oīa sub peccato cōclusisse: supple pmissiue vt omniū misereat.
Peccauit petrus/humilior cautior 7 misericordior effectus est/nō actōe mali sed miseratōne dei. Peccauit Magdalena/plus postea dilexit. q3 multū sibi dimissum est. 7 in exēplar penitētie ceteris cessit. Blasphem9 fuit Paulus. confitet humiliatus/q nō sit dignus vocari apostolus/7 est inter peccatores prim9. Denicq3 iocūdatur pater 7 epulat in receptōe filij prodigi. Et gaudiū est angelis dei super vno peccatore penitētiam agente. Quis nesciat proinde pauper dum de stercore pcōrum erigit eos deus: collocās in gloriam cū pncipib9 populi sui. q in ampliores erga diuinā benignitatē assurgunt gratiaq3 actōes/nō quin innocentia pseruata seruataq3/ plus habeat dignitatis 7 gratie ceteris paribus. Sed in repatōne deplite magis eminet misericordie benignitas
Miserādū verō est. quod in reprobis agit e diuerso/de virtute 7 humilitate superbiūt. de gratuitis dei donis vel ingrati sunt vel tepidi/vel in suā 7 aliorū pniciem 7 dei inhonoratiōem abutentes vertunt. Ita vt eoq3 quandoq3 fiat oratō in peccatū. hic p ingratitudinē. in inferno autē p blasphemiā insaniorē. Recordantes enī quēadmodū fuerūt aliquādo supplices deo. Hecr illa bona facientes: venerātes sanctos sanctasq3 oīes cū deuotiōe: quidni rabidiori cōrabescāt odio 7 maledictis latrēt aduersus deū sanctos sanctasq3 oīes: p3sertim eos quos pcipue coluerūt eos inuidos: eos crudelissimos: impios 7 ingratos. qui non ipos a tormētis cum possent eripiūt/ acclamantes.
Quid ergo dicem9 ad hec: faciem9 igit mala vt deus eliciat bona/ vel bona vitabim9 ne cōtingant mala qualia tetigimus: Absit. pter id enim quod p accidens est: nō debet illō quod de p se est variari.
Monicus. Horresco volucer hec audiens/ et videns te sup admirabili via niti pro cōsolatōis adeptōe: dum tremende 7 ptrarie desolatōis memoriā subinducis
Volucer. Dic mod9 est. hec ars theologie/crediderīs monice/q3 sicut per stulticiā 7 scandalū predicatiōis crucis salvos fecit credentes sic p insipientiam trahit ad sapientiā dicente apostolo. Si quis videtur inter vos sapiēs esse in hoc seculo. stultus fiat vt sit sapiens. Nō aliter vult eadē theologia per summā desperatiōem de homie: trahere ad summā de deo spem: 7 p desolatōem inestimabilē 7 intolerabilē. sursum ducere ad solidam consolatōem
Addideris nullā esse recogitatōem que plus ista radicaliter euellat ab humano corde superbiam. de se semper aliquid magnū p3sumentē/ cui resistit deus. que magis insup gignat 7 nutriat humilitatē legitimā sub deo et ad homines. vitijs procul expulsis que fert secum superbia. Nam qua fronte poterit aliquis fratrē suū qualēcunq3 deinceps. vl odio vel ira vel inuidia psequi. immo nec animo q reprobus sit iudicare: qui videt se de eadē massa peccati in eadem damnatione esse. neq3 scit quid sibi crastina pariat dies: Q si voluerit gloriari de bonis suis/mendax est si non habet. si habz illa gratis accepit a deo Quid ergo gloriatur quasi nō acceperit. Quid preterea iudicat alienū seruū qui domino suo stat/ aut cadit: stabit autē. potens est enī deus statuere illum. Sub hoc intuitu dixisse putandus est apostolus Venit deus saluos facere peccatores/quorū prim9 ego sum. primus itelligo quo nullus prior/ videōs se cum alijs equaliter filium ire. 7 ex eadē peccati massa esse/ q3les venerat saluare deus.
Monicus Intelligo volucer materiā hāc de timore 7 spe latā esse. vellem traderetur sub compēdio mod9 quo precipue spes stabilitur.
Volucer. Himirum stabilitur a deo/ cuius supnaturale donum est. Sed si particulari9 aliquid exigis. inuenīs quadruplex meditatio que velut in tetragono firmissimo gestat spem. Una meditatio est diuine iussionis vt speres. Altera diuine promissionis si speres. Tertia immēse dei pietatis ne desperes vnq3 de suis miseratōnibus. Quarta proprie fragilitatis/ne speres in te vel proprijs viribus
Dic igitur cogitationi tue solicitāti spem deserere. dū

non facis certam vocatiõem tuã/ p bona opa/ quotidie corruẽs de peccato in peccatum. ingẽti proinde ne sis de multis vocatis ⁊ non electis/ sicut vita tua similis est multoꝝ. Dic respondẽs/ q obedis iubẽti deo qui mille locis scripture sacre precipit vt speres in eo. cui dicito. Exurge dñe deus in p̃cepto quod mãdasti. pij cio me in te iubente te. nõ es crudelis aut fallax vt abijcias me/ iuncta p̃sertim multiplici pmissione tua/ qua sperãtibꝫ in te pollicitus es q liberares eos/ eripes/ saluares ⁊ glorificares. Cuius demũ tã immẽsa pietas est. vt nullis peccatis etiã infinitis si ꝓmisisses ea solus/ vinci possit hic in via. Quod q interposuisti cũ ímobilitate cõsilij tui iusiurandũ. vt p duas res immobiles sicut loqtur apostolus tuus quibꝫ ipossibile est mẽtiri te/ nos fortissimũ solatiũ habeam⁹ ad tenendã ꝓpositam spem. cuius enĩ sis inobligabilis a creatura tua rõnali/ quicq̃d agat p te vel erga te. voluit tamẽ dignatissima condescensio tua/ cõmerciũ quoddã habere cũ hominibꝫ/ vt bene de te mereãtur si iussa tua ꝓpleuerint/ ⁊ in te speraverint/ qui fidelis es ⁊ teipm negare nõ potes. Hec tu ita deo. ¶ Postremo dũ propria fragilitas obijcit vt desperes. desperes volo. sed de te ⁊ in te qui homo ⁊ caro es. nã maledictus homo qui ꝓfidit in homine/ ⁊ ponit carnẽ brachiũ suũ/ ⁊ a dño recedit cor eius. ¶ Sed hic occurrit trepida cogitatio dicẽs. qua ratõe conabor declinare vicia. virtutes adquirere. seruare mandata dei. sine q̃bus sperare vitã ingredi/ iã nõ spes est sed arrogãs ⁊ infidelis p̃sumptõ? Conaberis prorsus. sed in adiutorio altissimi. ⁊ millies victus. millies conaberꝭ eo quidẽ amplius ⁊ certius/ quo nulla tibi supereſt fiducia de pprijs opibus. Propterea dicturus Salomon finẽ contionationis sue dũ pferre vellet. Serua mãdata premisit. deũ time. quia videlicꝫ ab ipso est bonũ vel velle vel pficere. ¶ Domicus. ¶ Retineo q in soliloquijs sillia de se cõfessus est Auguſt. Sperabã inq̃t aliquãdo in virtute mea que nõ erat virtus Et cũ sic volui currere/ vbi magis stare credebã/ ibi magis cecidi. factusq̃ sum magis retro q̃ ante. Dicebã enim? hoc faciam. illud pficiam. fiebatq̃ post? nec hoc nec illud. quoniã de meis viribꝫ ꝓfidebã

¶ Sicut igitur iuxta premissa/sensus peccati seu tentationuz ad peccatum / homini non nocet ad salutem. nec a caritate dei separat q̃diu sensus non cõcurrit. Ita quoq; ex simili sensus deuotionis seu sentimẽtum spiritualis dulcedinis z consolatiõis/ non assecurat hominem ipsum fore in statu gratie gratum facientis. Nec reddit euz perfectiorem ex hoc alijs/neq; deuotionis gratia huiusmodi sublata/ eundem reprobatum a deo iudicat/nec etiam imperfectiõrem ceteris facere prevalet. pares quippe esse possunt in caritate coram deo. z ille q̃ spirituali consolatione perfunditur / z ille qui ea priuatur. immo si diligenter pensetur/magis periclitari poterit qui deuotionis dulcedine fruitur/q̃z is cui hec denegatur. Ratio quia si consolatiõe huiusmodi fungens de gratia tali confidat/z sui imperfectum exinde considerare negligat/sua deuotione erit deo potius remotior q̃z propior/propter suam presumptionem z fatuam confidentiam. Aridus vero z spiritualis dulcedinis vacuus attamen pro deuotione laborans/z id quod in se est faciẽs licet corde quasi frigido / z spiritu tepido/ debitum suum deo soluens / cum sumpsius vilificatione/z diuine miserationis magnificatione poterit propter sui humiliationẽ deo multo forte acceptior/z prealio in meriti statu maior. dummodo tamen conetur non negligere quod in se est/sed pro gratia consolationis laboret sine fictione. Sedeat ergo necesse est iste aridus iuxta viam et mendicet a domino Jesu trãseunte lumen gratie. Et q̃uis turba malarum cogitationum importune instet vt taceat/ipse nihilominus multo magis clamet/z succlamet donec lumen a domino recipiat Et si sic lumen gratie a christo humiliter mendicando tandem recipere meruerit. non dubiuz quin magis meritorie/q̃z si sponte z sine laborum certamine quasi inuenisset. Si tamen in humilitate perseuerans cuz gratiarum actione recognouerit non suis meritis nec precibus aridis. sed mera dei ex bonitate gratiam consolationis collatam gratis. Oratio anime talis non est pura z dura. z q̃uis non dulcis tamen fortis. vnde

ceteris paribus ipsa apud deum tantū obtinere poterit sua dura fortitudine/ quantum alteri⁹ oratio sua deuota dulcedie. put innuere videtur beatus Bernardus super illud psalmiste. Delectare in domino ⁊ dabit tibi petitiones cordis tui. Non est inquit hoc dictum de affectu. sed de exercitio Ille enim bene hec implet/ qui delectari conatur/ etsi non pertingit ad hoc vt delectetur/ ⁊ viribus hoc agit/ quod ille qui delectationem hanc percepit. Nō ergo incaute quis sequatur huiusmodi dulcedinum sentimenta. ⁊ sensibiles in orationibus suis consolationes. nec presumat se scōm talia a deo exaudiendum. sed magis scōm rationis siue ⁊ voluntatis iudicium/ quod deus potius pensat. maneatq; in illis terminis/ scilicet q; iuxta diuinum promissum accepturus quandoq; indubie erit/ id quod postulat. vel aliud quod vtili⁹ diuina prouidentia eidem fore cognouerit/ si fideliter in oratione sua sine hesitatione de dei pietate perseueret. ¶ Addendum hic videtur non incongrue q; nonnunq; simplicibus deuotioni vacare querentibus/ huiusmodi spiritualium consolationum subtractio sit vtilior q; concessio. maxime eis qui nōdum exercitatos habent sensus ad discretionem boni ⁊ mali. nec aduertere norunt quomodo persepe angelus tenebrarum trāsferre se solet in angelum lucis/ vt decipiat. ¶ Pro qua clarius intelligendo sciendum q; anima rationalis que essentialiter indiuisibilis est/ duobus modis suas exercet operationes. Aliquas videlicet sine organis seu instrumentis corporeis saltem immediatis. Et aliquas cum huiusmodi corporeis organis. Et scōm hoc diuidi consueuit potentialiter in partem superiorem que etiam mens vel spiritus dicitur. Et in partem inferiorem que sensualitas nominatur. Prima autem portio anime in tribus consistit potentijs/ scilicet intellectu seu ratione/ voluntate/ ⁊ intellectuali memoria. In quibus illa summa maiestas. gloriosissima trinitas. scōm cōmuniter loquentes creauit hominem ad imaginem ⁊ similitudinem suam. Secunda vero anime portiō consistit in potentijs sensitiuis. tam exterioribus q; interioribus/ ⁊ appetitibus sensitiuis. scilicet irascibili ⁊ concupiscibili

Juxta itaq; premissa/ notandum q; quilibet spiritus de sui natura nisi diuinitus p̄hibeatur/ cuilibet illabi potest corpori. et circa ipsum siue in ipso operari. hoc enim priuilegium inditum est nature spirituali/ supra naturam corpoream. Unde sequit q; angelus bonus vel malus potest operari in nostris sensibus/ ⁊ sensitiuis appetitibus/ eo q; sint corporei propter organa. Un⁹ tamē spiritus creatus/ nō potest illabi alteri spiritui/ quia sicut in corporalib⁹ impossibile est fieri penetrationem dimensionuz iuxta philosophos/ sic ⁊ in spiritualibus impossibile est fieri illapsus spirituum iuxta theologos. Et hoc est quod dicit Augustinus in de fide ad Petrū vbi inq̄t Singulis spiritibus ineſt terminus quo a seinuicem distinguūtur. ⁊ vnus in alio nō est. ¶ Existo sequitur q; diabolus nō potest intrare partez anime superiorē/ siue ipsius anime essentiam. Patet. quia anima est spiritus indiuisibilis ⁊c. Et per consequens etiam non potest immediate in ipsam operari/ cum omnis operatio fieri habeat per contactum. Et hoc est quod venerabilis vult Beda Actuū. v. super illo loco vbi Petrus ait Anania/ cur sathanas tentat cor tuum ⁊c. Dicit enim sic. Notanduz q; mentem hominis iuxta substantiam nihil implere potest nisi creatrix trinitas ⁊c. ¶ His itaq; premissis bene consideratis. poterit faciliter attendi/ q̄tis periculis expositi sum⁹/ ⁊ q̄z diuersimode nob illudere possunt spiritus nequam/ etiam simulata specie boni. vt finaliter nos decipiāt incautos. ⁊ ad mala perducāt. vt beatus Augustinus. in de ciuitate dei in diuersis locis ⁊ maxime. xviij. ⁊. xxi. libris clare ostendit. Possunt nanq; vt tactum est sensibus nostris illudere. possunt etiam immittere diuersa fantasmata. quibus/ si sensualiter delectabilia fuerint/ alliciant ⁊ inclinent appetitum nostrum ad illicita. vel quibus/ si tristia fuerit/ appetitum nostrum deterrendo a bono retrahant. ⁊ propter difficultates experimentaliter immissas. impediant totaliter. ita vt a bono inchoato vel inchoando penitus propter sensibiles grauitates desistamus. Rursum quoq; immutare possunt nostrum appetitum sensitiuum p̄ hoc/ quod aliquam facere valent immutationem circa eius organum. Sic nāq; volentes deo non prohibente aliquē incitare

ad libidinē/possunt causare circa renes ali
asqz corpis ptes, vbi libido sedez tenet/ali
quā vehementē calefactionē. Et volentes
in aliq̄ puocare virtutē irascibilē, possunt
deo pmittente, pcurare ebullitionē sanguī
nis ei⁹ circa cor rē. Sicqz mirabiliter de
fame, siti, somnolētia, z aliis humanis pas
sionib⁹ appetitus sensitiui intelligaf/ qua
rū oim passionū causas diabolus nō igno
rat ꝓpter nature sue subtilitatē. Licet nāqz
a gra ceciderit naturalia tñ non amisit.

¶ Et sic angelus malus hmōi cās passio
nū admouere in hoīe pōt. Ita quoqz ange
lus bonus, easdem amouere ꝑualet, vt ho
minē a tentatione liberet/immo credo qō
z angelus malus eas possit deo permitten
te, z angelo bono nō resistente/in homine
remouere, dūmodo speret p hoc hoīem pe
riculosius posse decipe, atqz ad peiora ma
la pducere, put qlibz comptū est. ¶ Pōt eti
am spūs malign⁹ naturā nostrā corporeaz
z totā anime portionē inferioē/multa trā
quillitate fouere, z eam delectare gaudijs,
z apparēte voluptate/siue ficta z sophisti
ca dulcedine/q̄ hoīe hō incautus, z spūaliū
fallaciaꝝ inexpts, ad tantū allici potent/
vt etam tandē in viribus anime superioribus
multum inde gaudeat/z magna q̄si in toto
homīe consolatōne pfruatur, ita q⁹ homo
vix credere possit aliud quīa deo fozet tā
ta suauitas, cuz tamē certissime qlibz sit ab
humani generis inimico. Qui hanc cau
sare tentat nōnunqz/vt hoīem p hoc in sup
biam erigat, nonnūqz vero vt hoīem per
indiscretionē z abusionem huius decepto
rie ꝯsolationis in vesaniā aliaqz mala fina
lit deijciat. ¶ Diligent tñ ꝓuidū q⁹ spūs
malus nō pt immediate tentare hoīem in p
te aīe superiori, cum sibi no illabit̄ put su
pra tactuz est, quāuis possit mediate. Nō
tunc fit/cum intellectus seu ratio incaute
consentit fantasmatib⁹ illis, q̄ sibi illusus
sēsus repñtat, nō debite, s. abstrahēdo/ eli
ciendo/aut discurrēdo. Item pōt id fieri p
pter vehemētem passionē apperit⁹ sensiti
ui, q̄ passio sepe iudiciū rōnis puertere so
let. ¶ Similiter pōt ipa volūtas in hoīe
tētari mediate. Et ꝫ fit cū rō p erroneū suū
iudiciū de q̄ tactū est/ipam voluntatē mo
uet/vel cū caro fortiter tentata/q̄ sp tñ ꝯ
piscit aduersus spūm, ipam voluntatē tam
diu stimulat, quousqz eā sibi inclinat. Sic
enī fm scm̄ Jacobū, vnusqsqz tētat̄ a ꝓ
piscētia sua, abstract⁹ z illect⁹. ¶ Dec/licet
aliqliter p excessum: nō tñ inutilit̄ vt appa
ret ad ꝓpositū dicta sint, p detegēdo fallaci
as z picula, q̄ inexptis ꝓtingere possent cir
ca spūales dulcedies in oōnib⁹ z medita
tiōib⁹ suis/p angelū satḥanē trāsfigurantē
se in āgelū bonū, nisi caute z discrete se ha
buerint in suis sentimentis, z sensu pcepti
bilib⁹ ꝯsolatōib⁹. ¶ Exp̄missis etiā facile
elici poterit ꝯsideratio, quō hoīes in capiti
bus suis debilitati, aut alias in naturalib⁹
suis lesi, z indispositi, seu ex cōplexiōis ma
licia ad aliq̄ vitia fortiter z spēaliter p̄cete
ris inclinati/q̄ cōiter passionati dñr/pñt ci
tius, facilius z multiplicat⁹. ex alij hñ dispo
siti z hñ ꝯplexionati, seu hñ educati ab ini
mico illudi, vexari, decipi, z piclitari, ꝓter
organoꝝ suoꝝ indispositionē/deo pmittē
te. Quib⁹ ꝯsulendū est, vt ꝯtra inuisibilis
hostis insidias/dcū z scōs sepe innocent/
ꝓpriū sensum nō sequant: alios ꝯsulāt z co
rū ꝯsilijs acq̄escant: inimicate exercitiorum
tam corpaliū q̄ spūaliū seipos nō grauēt.
Occasiones pcōꝝ q̄rum poterūt fugiant
ꝯtra passiones suas viriliter laborēt, z nul
lo modo locū eis dent neqz eis cedant, naz
si semel itez z itez passiōib⁹ suis cesserint
deuenīēt paulatim ad h̄, vt cum eis resiste
re volēt, difficulter aut minime id poterūt
Ex quo vsus seu ꝯsuetudo est quasi altera
natura. ¶ Et vt reuertamur ad h̄ vnde ser
mo sumpsit exordiū, vicz ad pusillanimita
tē, nō q̄dem amplectendā, sed oīmode fu
giendā, sum⁹ de ipa exemplū ad ꝓpositū
Sit quis naturaliter timidus/z in natu
ralib⁹ quibusdā defectuosus, huic si coram
multitudine q̄ppiam agendū incubuerit,
poterit facillime spūs necq̄ (vo id ad pbatō
nē z exercitationē huius pmittente) passio
nē timoris in tali ad tantū intentare, cū na
turaliū defectuū eius adiumēto/vt q̄si tot⁹
stupefiat/visusqz z auditus vsum q̄si inter
mittat, immo z sensu tactus, q̄i intercepto
per totū corpus spasma incurrat, z frigido
quodā pfusus sudore, velut amēs in terrā
cadat. Quēadmodum experientia in nonnl
lis docuit. Cui grauissime passioni timo
ris, semel aut bis expti, si is de quo loq̄mur
cesserit, z iuxta supra datū ꝯsiliū se viriliter
ꝓpter comptam difficultatē z p̄sumptam
confusionē eidez nō opposuerit/ deueniet

ad tãtã indubie pusillanimitatez q̃ vix aut nunq̃ curabitur/imo videbitur sibi q̃nq̃ fantastice ⁊ diabolo illudẽte. q̃ potius velle mortem subire q̃s tali operi vbi tantã experiẽ est difficultatẽ. itez intẽdere ¶ Cõsonat huic exemplo nostro illud phisicorum de nõ nullis semel grauiter ⁊ quasi vsq̃ ad mortem vulneratis. Qui vt aiunt. si sanguinem postmodum viderit/aut fortiter de sanguie fantasiauerint. syncopim facillime et spasma patient. ꝓpter id qõ prius experti sunt incõmodum ⁊ piculum ¶ Sed rediamus modo ad deuotoruz ⁊ aridorũ cõparationem. vnde ꝓpter deceptorias ꝯsolationes manifestandas digressi sum⁹. Vñ notandum q̃ put aliqualiter supius tactũ est. Aridus nõnunq̃ in statu est tutiori. q̃s deuotus/hac ratione. Sint nãq̃ duo q̃ꝝ vnus /scilicet deuotionis dulcedie fruens maiorem habeat confidentiam. Alter scilicet eadem carens dulcedine minorez ꝯfidẽtiam teneat. Haud dubium quin possit cõtingere q̃ is qui plus confidit/periclitatur facilius. ⁊ fit inferior/quia eius confidẽtia ex ignorantia suiipsius ꝓcedit/cum nesciat ad quantum teneatur corazdistricto iudice. Alter vero minus confidens nõ facile decipiatur. ⁊ sit tutiori statu quia ei⁹ trepidatio est ex sui discussione sedula/et cognitõne ꝓprie infirmitatis ⁊ imꝑfectõis sue Ideoq̃ quantuz hic per humilitatẽ timet et trepidat/tantum dei ante iudicium securior astabit. quia dijudicauit ⁊ discussit seipsum. Ita est quandoq̃ confidentia non bona et timor securior deoq̃ propinquior. Hinc est q̃ quidaz patrum aiebat. nullam peiorem passionem fore q̃s nimiam confidentiam. tam erga deum q̃s erga proximum. Nam generat comuniter contemptum ⁊ debitam negligit reuerentiã. tam q̃ ad deum q̃s quo ad primum habendam. et in vanitatẽ et superbiã sepissime terminat ¶ Nonnunq̃ etiam cõtingit/vt is qui conatur habere delectationes spũales. exꝑendat ob hoc quasi totum tẽpus /quo tamen vtiliora sibi ⁊ proximo magis q̃s grata deo non tantũ posset sed ex iniũcto et sancte forsan obedientie debito deberet agere/⁊ tandem cum adeptus fuerit qõ quesiuit. male custodit dimittens ilico mentẽ suã ad alia im ptinẽtia euagari. aut vertens se sine necessitate ad alia. quasi diceret. Et si nõ verbo tamẽ facto. Jam qõ cupiui teneo/dictã meam modo bene cõpleni. bñ sto. securus sum. Attamẽ nescit miser/aut se nescire dissimulat. q̃ id qõ accepit cadit sub gratia g̃tis datã. ⁊ potest stare cum peccato. Vnde ꝑñt adhuc omia sua peccata manere super eum. q̃q̃ is cui multũ donatũ est. multum etiã in iudicio req̃retur ab eo. ꝓ ratione reddenda. Et rursum cum ꝓpter gr̃am ꝯsolationis quasi nibilipendendo abiecerit/reuertetur ad deũ instãs. ꝓ alia accipiẽda. q̃ñ sibi placuerit. quasi dignũ sit vt de⁹ ad ei⁹ beneplacitũ semp sit ꝓpatus. donetq̃ sibi iuste q̃ñcunq̃ ⁊ quodcũq̃ postulauerit Hec est illa vna ꝑsumptio fatua mala. ⁊ piculosa ꝯfidentia. que nonnullos se deuotos putantes possidet. ¶ Sed nõ sic est de illo/q̃ auxilium diuinũ tantũ. ⁊ nõ dulcedines q̃rit ꝓ suis necessitatibz. ⁊ ad resistendũ temptationibus. qui querit peccatorum suoꝝ remissionẽ. nõ spũalem consolationem. q̃ puram q̃rit dei misericordiã. nõ singularẽ suauitatis gratiam. qui iuxta dñi sui beneplacitũ cum labore ⁊ dolore. eidem seruit. nec ꝯsolationes hic. sed in futuro req̃rit. et si qua consolatio offeratur/eam cum timore ⁊ humili gratiarumactione suscipit. ⁊ cũ recedit. non tristior inde/neq̃ ad seruiendum deo segnior fit. Nam iste salutem suã operatur cum timore. prior quasi cum timore. Iste in vitate. ꝓr in vanitate. Iste fideliter. alter fallaciter. Hic ꝓpũs quasi stipendijs militat deo. ali⁹ nisi mercedem a deo hic recipiat ꝯsolationis/militare renuit ¶ Solet etiã pusillanimes reddre nõ nũq̃ deuotioni intẽdentes/nimia scrupulositas conscie. q̃ vtiq̃ uõ est bona/vtpote cum q̃s de venialibz ⁊ leuibz peccatis sine quibz ista vita vix aut nullaten⁹ trãsfigi potest. ⁊ pene de omni actione sua ꝯtinuaz q̃ si sibi formaꝝ ꝯsciam. plus hmõi ponderãs lance iusticie/q̃s diuine misericordie. ⁊ hoc ꝑsertim vltra debitũ. ac si sua iusticia tantum. ⁊ non dei misericordia potius saluandus sit. Unde ꝯtingere potest. nisi huiusmodi scrupulos inordinatos deponat. vt id quod prius non erat peccatuz ex sc/fiat peccatũ ex scrupulo ꝯscientie. quicq̃d enim cõtra ꝯsciam est. peccatũ est. Hec potest h̃ talis gr̃am ꝓcipe. q̃ de mortali vbi mortale nõ est. formaꝝ sibi scrupulũ ꝯscie. Nõ enim auctor gratie deus habitare vult in tali cõscientia inq̃eta ⁊ turbida. q̃ppe cum de eo scriptũ sit. In pace fact⁹ est locus eius.

De hoꝝ scrupulosoꝝ nūero videnť hi fore qui cum psalmū aut oꝛōnem dixerint non cum actuali intentione ꝫ mentis subꝛepta euagatōe/ quā hūana infirmitas ex se vitare nō pōt repetere ꝛ resumere itez. Atez nō cessant. Attamē ꝓtingere pōt/ vt ꝙtumcūꝫ reiterēt. id quod reiteratū est/ fiat ita insipidū. ꝛ qñꝙ plꝰ ꝙ illō qō ꝓius negligēter ꝛ inaduertenter fuit ꝓsolutū. ¶ Quibꝰ ꝛ associandi videnť illi qui cum cōperenter ꝛ si non sufficienter/ contriti sunt atꝫ cōfessi/ qꝛ impossibile quo ad nos videtur vt sufficienter contriti sint de peccatis suis/ ñ sunt cōtenti/ sed semꝑ scrupulū habēt se nōdum debite ꝓfessos esse/ fatigant seipsos et confessoꝛes suos cū reiterationibꝫ confessionū. ꝓsertim de leuibꝫ peccatis ꝫmodici ponderis. Illic iuxta psalmiste vocē trepidātes vbi ñ erat timoꝛ ¶ Istꝫ oibꝫ pit cōsultū sit/ vt ñ de sua iustitia / ꝫ de mera dei ꝓfidāt mia/ sicꝙ pōderēt suā negligētiā vt ꝑpōderēt dei infinitā clemētiā Demierit quoꝙ illius cōmunis dicti/ qꝰ vltra posse viri non vult deus vlla req̄ri. Itēꝙ illi reiterantes oꝛationes suas aduertāt. qꝰ eccl'ia non obligat ad actualē intentionem / ꝙꝙ bona sit. sed tantū vt oꝛe ꝓsoluanť. Nō ergo necesse ē vt reiterēt qō semel dictū. licet inaduertēter putāt. Sed sufficit vt de sua negligentia doleant/ ꝛ confiteanť/ ꝛ qō iuiunctū fuerit loco negligēter actoꝝ solum reddant. Hoc tamē intelligi volumꝰ ō bis qui naturaliter/ aut ex infirmitate accidentaliter/ fluxibiles nimis hūt fantasias/ ꝛ velint nolint. ꝙsi ad leuē ventꝰ flatum. ad alia a ꝓposito facillime distrahunť. Nō autem de bis q̄ fortes sunt a natura in suis oꝛganis/ sed quasi animales ꝛ bestiales. ex sua carnalitate ꝛ toꝛpoꝛe. malaꝙ ꝫsuetudie ad omnia spūalia pigri. ꝛ ad cūcta que carnis sunt ꝓmpti. qui ꝛ sponte quasi ꝛpepsolutionis hoꝛaꝝ suarum. quia eis non sapiunt. assumūt sibi cogitatiōes de exterioꝛibꝫ in quibꝫ eoꝝ animus plus delitiať/ aut tanta somnolētia/ ex mala ꝫsua consuetudine. ꝛ diabolo ipis illudēte/ obꝛuunť. vt vix recolant de vnico versiculo totius hoꝛe quam ꝓsoluisse putāt. Talibꝫ timeo grauissimuꝫ instabit purgatoꝛiū. si euaserit ꝓpetuū incēdiū. nisi hic debite conterantur/ ꝛ satisfaciant ꝓ tam grauibꝫ ꝛ quasi affectatis negligentijs. Non est nostre mētis hos tales excusare. aut occasionem male libertatis eis dare. Sicut nec in superioꝛibus intētiōis nostre extitit/ ꝓferre simpliciter aridos deuotis. sed sicut hic sic ꝛ ibi. ꝛ viceversa pusillanimes ꝛ paupes benevoluntatis suscepimus. ꝙtum ad ꝓsens attinet consolari ꝛ tam ipos ꝙ alios ad caute operandū suā salutē exhoꝛtari. ¶ Et quia tactum est aliquid supꝛa de scrupulis circa ꝓfessiōes/ superest adhuc qꝰ nō incōgrue putamꝰ addēdum. Expedit quippe ipis scrupulosis dicere ꝛ ꝫsulere/ vt non sint nimis arte ꝫsciētie circa peccata minoꝛa in ꝓfessione exponenda/ sed succincti ꝛ breuiter quasi in generē sufficiat ea explicari. Maioꝛa vero et ea in quibꝫ esset anime periculū / studeant cognoscere/ ꝛ ea diligenter in specie detegere. ¶ Super quibꝫ tamen notandū qꝰ q̄dā cōgitationes turpes/ ꝛ execrabiles blasphemie/ ꝛ etiam luxurie/ non ita grosse sūt confitende. put occurrunt/ sed sufficit vt sic dicantur/ vt ꝓfessoꝛ mentē ꝓfitentis intelligat/ seruata honestate loquendi/ ꝙtū possibilitas admiserit. Licet enī confessioni necessaria sit hūilitas/ non tamen ꝓpter sacramenti ꝛ ꝓfessoꝛis reuerentiā excludit honestas. Huiusmodi etiam cogitationes execrande siue blasphemie siue luxurie/ nemīnem nimis turbent. Non enim delectant deuotos sed cruciāt. Nec sunt hoīs sed diaboli eos suggerentis/ vnde nec imputabūtur homini ad demeritū sed reputabuntur potius eidem ad meritū/ ꝛ purgāt animaꝫ pacientis eas magis ꝙ maculent ꝓpter laboꝛem quem homo perfert in pugnando ꝓtra easdem. Quicquid nempe hominem affligit contra suam voluntatē ꝛ nō placet nec delectat/ non facile in talibus temptatoꝛ nocere potest Quicunqꝫ itaqꝫ in hmōi cogitationibus/ specifice nimis vellet ōscēdere in ꝓfitendo eas/ ꝛ multum scrupulosus circa ipsas esse/ hic ꝓculdubio nō ex hoc consequet pacem coꝛdis/ sed foꝛtꝰ oppositum/ ꝛ dat occasionē inimico se multo amplius inq̄etandi ꝛ vexādi. quemadmodum nonnunqꝫ contingit illis. qui latratꝰ canū mitigare conantes/ proiciunt eis panem vt sic saltem latrare cessent. immo frequenter cum qui panem ꝓiecit durius latrando infestat. ¶ Habeatur ergo semper in memoꝛia regula illa quaꝫ quasi in ꝓncipio posuimus. scilicet vt in quacunqꝫ ꝑte quis se sentit ꝓnioꝛē ad malum/ ꝛ temptari se posse facilius/ ibi semper opponat

remedia prescise cōtraria solicitū. Si qs est scrupulosus in conscientia nimis lenit/ studeat cordis libertati. Si quis iracundus t vehemens t commouetur faciliter. fugiat occasionem ire/t quasi cum violentia intendat mentis tranquillitati t mansuetudini. Notus nāq; maioref iuxta philosophoz sententiam expellunt minores. Si quis impatiens ad quemis aduersa/exempla patrū t maxime christi t martyrū animo sepe reuoluat. Si qs nimis zelosus etiam in causa iusticie/t per impetum spiritus nimis efferatur, zelum cum modestia temperet. Et quod etiam ipse in multis offendit recogitet/quodq; districtum iudicē superse habeat formider. Si quis nimis tenax, largitati inseruiat, t sic de similibus

D Insuper aduertendum pro quadam regula generaliq; tenendum vt omnia ad q̄ voluntas cum quodam impetu t vehemētia sine previa deliberatione inclinat/q̄tū cunq; appareant bona, habeantur suspecta/quia cōmuniter sunt motus sensualitatis t passionū quibus hostis antiquus pse se immiscet. Juxta quod scriptum est. Ab ea que dormit in sinu tuo te custodi/scilicet sensualitate, vt ipsa non dominetur rationi tue/tanq; mulier viro. Si enim hāc potestatem tali mulieri dederis/ipsa contraria erit t rebellis viro suo, id est sensualitas rationi/placeat vel displiceat tibi. Unde si nō poteris eam sic subigere vt sit omnimode subdita viro/semper tamē ei resiste/nec vnq̄ ei cedas/t sic huiuscemodi rixa et pugna coram deo tibi reputetur pro victoria Siquidem non solum vicisse malum/bonum est/sed t pro viribus malo restitisse. immo nōnunq̄ melius est diutius pugnā exercere/q̄ cito prevalere. Attendit nanq; prudētissimus t equissimus rex noster deus/militum suorum velle potius q̄ posse. Et sicut posse vincere suum est, ita vincere velle nostrum est. Et q̄q; in vtroq; gratia dei necesse est concurrat/in velle tamē magis q̄ in posse liberum arbitriuz hominis sibi locum vendicat/vnde iuxta ipsum militum suorum dominus certamē ad remunerandum pensat. Et dignuz vtiq; t iustū est vt qui longius t laboriosius certauit p̄miuz copiosius percipiat. Non tamen est pugna optanda ne videamur amare periculum/sed cum venerit est viriliter agendum/in nomine eius/qui non patitur nos tentari vltra id quod possum?/sed facit etiam cum tentatione prouentum vt possim? sustinere. Qui t quotidie humiliter t fidenter ideirco supplicare debemus dicendo quod ipse docuit. Et ne nos inducas in temptationem. Creditur nāq; q̄ hec ipsa clausula breuis verbis/sed ampla viribus in temptationibus irruentib? deuota mēte replicata/non mediocris sit efficacie/de quo nullus estimo dubitabit nisi infidelis t is qui ignorat quis eius auctor sit.

E Potent etiam scrupulosi quorum pusillanimitatem consolari intēdebam?/q̄q̄z nō nunq̄ ad alia digredi videamur. Potent inq̄z/q̄ valde eis expedit cum consilio suorum superioz t aliorum virorum suorum prudentum/deum timentium/contra suos scrupulos agere/vt sic tandem assuescāt eos non timere/sicut domificatores assuefacti ambulant secure t intrepide super tecta altissima/vbi non sic practicati statim forent si huiusmodi attentarent in periculo vite. Intendant quoq; pusillanimes scrupulosi q̄ inimicus humani generis/cum impugnat hominem stercoribus turpissimarum cogitationuz/veluti in obsidione vrbium vel castroz fieri cosueuit cum stercoribus cloacarum/aut cuz terret repentino strepitu quempiam/vel horrorem immittit quasi inopinate, put similiter bombardoz tonitruo impugnatores munitionū agere consueuerunt, t quē/admoduz iocularores t trufatores pueris horrorem inusitatis suis gestib? incutere noverunt. Intendant inq̄z q̄ talia non curent/neq; multum cum his litigent/sed potius irrideant dicentes/cum illo patre in vita patrum in talibus experto. Immundicia tua super te demon, dominus mihi adiutor, nō te timebo. Quia enim immūdus spiritus es/immundicia opus tuum est. Item terrores tuos non timeo quia ei/um qui venturus est iudicare vivos t mortuos et seculum per ignem defensorem habeo. Pusillanimes scrupulosi similiter sciant q̄ si confessiones sue magis se inquietāt q̄m tranquillent/dummodo tamen firmum t ficum iudicium de mortali peccato in se non habeant/quod ex hoc sepius cognoscere possent/quia si in similibus casibus eos mouentibus ab

tt 5

alijs requirerentur / dicerent casus tales minime peccata mortalia / tunc cessandum cum supiorum & peritoꝝ cõcilio foret a frequentatione ꝓfessionũ & fiducialiter nihilominꝰ celebrandũ / atq; humiliter dicendũ Domine non in iustificationibꝫ meis ꝓsterno p̃ces meas ante faciem tuam / quia nulle sunt / & scio q̃ si millesies confiterer / & districte discutere volueris me / non ero mundus in conspectu tuo. Sola nanq; domine misericordia tua mundabit me Ideoq; in multitudine misericordie tue introibo ad altare sanctum tuum in timore tuo timens q̃ te plus offenderem si dimitterem q̃ si accessero / eo q̃ tu in memoriam tuam ita fieri iussisti / & ego multis debitor sum ꝓ quibꝫ orare teneor. Nulli debet eẽ dubium / quin talis humiliatio plus acceptа sit deo q̃ nonnullorum vana presumptio / qui post confessionem suam & qualia cunq; exercitia se diguos & bene mundos reputant / quasi intrepide ad illa terrifica diuina misteria accedẽtes. Sec⁹ ãt eẽt vbi haberetur fica & q̃si certa ꝓscia de peccato mortali. Illud enim eẽt confitendum, nõ sic de veniali quod de necessitate nunq; cadit sub obligatione confitendum sacramẽtaliter in specie / q̃q; quandoq; perutile sit Sed sufficit confessio generalis. Nam venialia per diuersa delẽtur / vti confessione generali, oratione dominica, tunsione pectoris & c. In nonnullis etiam est tam arta conscientia vt q̃sto magis eam scobare per confessiones conantur / tanto amplius quasi inde fedantur / propter plura noxiter exfricatione pullulantia / que tamen frequenter modice aut nulle sunt reputatõnis, conscientia talis non firmatur meliusq; dimittendo eam in pace & quiete, & q̃ solum imbre lachrymaꝝ irrigetur / & sic fecundata celestis dono gratie solidet. Venialе autem peccatũ cõmuniter est omne illud quod factum est absq; rationis deliberatõne quodcunq; sit illud / etiam si sit odiũ vel ira contra deũ / aut horribilis blasphemia Vel veniale peccatum est / quando actus talis est / qui non tollit debitam subiectionem hominis ad deum atq; eius amiciciã seu dilectionem / nec perimit debitum fraterne societatis vinculum ad proximum / Juxta simile in legibus secularibus & politicis / vbi quedaꝝ peccata morte puniuntur & quedam non. q̃uis sint contra precepta & statuta / quia non tollunt debitam subiectionem ad principem ac ad ciuilitatem et proximum. Ex quo elici potest / q̃ non omne quod est factum contra preceptum / aut votum / aut iuramentum, aut etiam cõtra dei interdictum / est peccatum mortale / quia in quolibet horum stat peccari posse per surreptionem quandaꝝ / & absq; pfecta rationis ꝓsensu / qui ꝓsensus nunq; est in primis motibus / nisi post deliberationem habitã vere vel interpretatiue / que deliberatio in aliquibꝫ citius / in aliquibꝫ tardiꝰ fieri habet / quod signanter addimus propter habituatos in bono vel malo, quia in talibus habitus est quasi similis deliberatiõi. Sicut dicit Arestoriles, q̃ ars, pfecta non deliberat, patet hoc in scriptoribꝫ & cytharisantibꝫ. Sunt etiam quedã circa que ratio magis debet eẽ puigil q̃ in alijs / quod nisi fecerit interpretatur consentire. Hotent quoq; pusillanimes scrupulosi / q̃ nõ semp tenemur agere meliora & meliori modo quo possumꝰ / maxime sub obligatione peccati mortalis, quoniã deꝰ omnipotens q̃uis hoc possit a nobis licite exigere, quia ipse domin⁹ & nos serui eius, nõ tamẽ sic agere voluit, sed contentus est / vt certa que dedit precepta seruemus / quod si fecerimꝰ sufficit sibi & manebimꝰ in eiꝰ dilectiõe & gratia. Beati nihilominus qui ita esuriunt et sitiunt iusticiã, in obsequendo tanto & tã dulci bonoq; domio / vt posse tenus aliq̃d superogare dñi sui preceptis contendant. Beatus quoq; qui semp est pauidꝰ / timẽs minus debito fecisse / dummodo tamẽ obseruet semper: ne quid nimis, & ne sit iustꝰ nimium, & demum ne dñ nimis emungit sanguinem eliciat. Itaq; pusillanimes confortamini et nolite timere. / Confidite pusillꝰ grex / quia complacuit patri vestro celesti dare vobis regnum in secula seculorum Amen.

Finit.

Tractatus eiusdem

de diuersis diaboli tentatõnibus e gallico in latinũ versus / ad preces venerabilis patris domini Nicolai de Huremberga :

Ad nos sub dei manu humiliandos/atq; cognoscēdam vt cumq; generali noticia nr̄am virtutū itinere per grandem ignorantiam.at demum aduersus omnem inimici nequiciam.nostrā fragilitatem/imbecillitatēq; scieudā/ vt in nobis admodū nihil.verum in dei solum atq; sanctorum fidam⁹ auxilijs/mihi propositus est subtiles nōnullas insidias enumerare.quas cūctis nostris operibus hostis hūani generis diabolus ingerit/quonam scilicet pacto in eo omni quod cogitamus.loquimur.operamur.deceptionis sue tendit laqueos.semperq; nititur aduersus eos.p̄sertim quos diuino famulatui magnopere cernit intentos.quos videlicet sub specie boni si valet ad malū conuertit. Ipe nanq; fallacissimi latronis instar/vie/societatiq; bonorum se cōmiscens. Et quoadusq; feriendi ac occidendi animam opportunum tempus nanciscatur/ sese fingit amicissimū.tum ratus congruum tempus adesse/p admistiōem malicie alicuius sanctam actionē prorsus cōmaculare molitur.siue initio siue medio siue fine operis. Cum vero impedimentum boni actōnī p̄stare nequit quo minus ipa perficiatur.intentionem saltem conatur corrumpere.puta vt eius operationis finis cōstituatur peruersus.aut inanis gloria.aut q̄libet carnalis voluptas. Atsi actiōis principium/conatus eluserit suos.rursus cum illius medio t fine confligit/quinetiā complete iam actioni adhuc insidiabitur.hominem ob virtuose perfectum opus.vana efferri leticia.summa ope contēdēs. Vult sane aliquis elemosinam largiri/ cuz id ne fiat hostis impedire non potest.hortatur vt eam vel ob consequendam mundi gloriaz tribuat.vel spe aliqua inductus ab eo cui datum est mun⁹.aut honorem.aut q̄cunq; accipiendi seruitiū. Ex si quis et hāc tentationem superarit.aliā multo amplius periculosam ei rursus immittet/que bonis quoq; est cōmunis plurimum/quam t vix in vita hac fundit⁹ posse tolli arbitror. Et est/vt is tunc secum ita dicat t cogitet. Recte tuum iam opus perfecisti preclare inimicū vicisti.non ūanis gloria.non p̄sus vitiū vllum superare te potuit. Nequaq; certe quisq; ali⁹/puta ille vel ille/ita egisset Ecce quomodo eoipso quo is superbiam gloriam vanam/p̄ius suppressit t contudit/in hec eadem vitia iam ruit.delabitur q;. Atqui stulta hec t temeraria cogitatio pene semper menti sese infert ac ingerit Manifestū itaq; est ni studiose occurratur/de virtute vitium/t de humilitate oriri superbiam.

Nonnunq; hostis certo tempore tē tare desistit.vt quis t se censeat esse securum.t penitus tueri negligat/ tunc vero id cernens repente subitoq; in i paratum irruit.vel odij vel inuidie vel concupiscentie carnis validam immitteus tentationem.Alio etiaz commento.hec intermissio tentandi fieri potest.vt videlicet huiusmodi securitate ac immunitate tentationis/quis superbiat/quasi p̄pria virtute vniuersos iam hostes deuicerit. Siue vt eo minus apud deū mereatur quo iam labore certaminis vacat. Siue certe vt eos qui admodum tentationibus affliguntur spernat.contēnat.despiciat.

Hortatur nonnunq; hostis aggredi alta quedam t difficilia virtutū opera.sicut immoderata ieiunia. peregrinatiōes maximas.vel simile quod cunq;/siue vt homo succumbat oneri neq; vllo pacto ipsum ferre valeat/siue vt ex ipso sequatur deterius aliud.puta ex immoderatione ieiunij.cerebri vacuitas/melancolia/tristicia vehemens/ex nimia peregrinatione grandis impatientia/ex velle alios eminenter docere ingens tumor.heresis excessiuum nature grauamen.

Consulit nonnunq; relinquere exiguos virtutuz actus/t minutis in rebus versari.vt vel hec complendo se quis p̄stantissime virtutis hominē arbitretur/vel vt nunq; ad perfectionem p̄tingat.vel vt huiuscemodi humilitate qua sublimem deuitat statum t p̄cellentia opera/superbiat t alios quos non ita facere cernit.temere dīudicet.

Nonnunq; enititur hostis.vt q̄q; recte quis cuncta faciat.in vno tamen solo labatur t delinquat.illi quippe satis est.si animē castrum.vel vno patente sibi aditu nanciscatur/capiatq;

Hanc autem occultat aliquando tentationem.quoadusq; mors aduenerit.quo sane tempore seuius maioriq; dolo tentat t conflgit.sciens si tunc defecerit penitus se frustratum

Nonnunq̃ immittit alicui veram aut saltem simulatam deuotionez. vel etiam si hec diuino munere affuerit, suadet indiscreta vota seu iuramenta fieri, vt postmodū cessante deuotiōe homo sit in se turbatus, inuolutus, aut etiam pmissorum violator.

Et contra, nonnunq̃ sub specie discretionis emitti sancta vota phibet, que aduersus peccata quibus domo vehementer pnus est z deditus salubberrima remedia foret, vt ita sordibus suis is iugiter immanet.

Oratur nonnunq̃ ex cōsuetudine dicere multitudinē immēsam orationum, vel vt se quis nimium grauet, vel afficiatur tedio, easq̃ sine deuotione pficiat, vel vt hinc extollatur, vel vt rem aliam que sibi ē vtilior z magis necessaria foret omittat, vel vt deum credat ob hanc orationū frequentiā sibi iure debere vt adimpleat quicqd ipe cupiet.

Requēter sub humilitatis specie q̃cunq̃ fieri bona impedit, ne illum homines sanctum dicant z arbitrētur, vt inde non supbiat. Itaq̃ efficit vt is acediam, discretam būilitatem esse iudicet z nō largiri elemosinam, nō ieiunare is iudicet, nō hoc quidem esse auariciam gulaz sed preclaram virtutē humilitatis.

Nonnunq̃ sub ptextu erogādi elemosinam hortatur vndequaq̃ pter ius z fas cumulandis inherere diuitijs, scit enim esse multo deterius ob largitionem iniuste adquirere q̃s abstinere ab ea z velle iniquū habere nihil.

Nonnunq̃ sub specie correctionis cōsulit, aut irasci in alterum, aut irā simulare, vel vt ille in correctione ipsa excedat irrogando iniurias, cōtumelias inferendo vel vt ex ira plus ꝓpriam vindictā q̃s alteri⁹ bonū querat. Vel vt is qui corrigi emendariq̃ deberet p alterius feritatē fiat lōge deterior. comptus enī habet, māsuetudine q̃s rigore nimio vtilius ac facili⁹ ad bonū quēq̃ posse adduci. Ira impatientiā: iusticia: vindictam: tegit effigie correctionis, q̃ pfecto neq̃q̃ correctio sed plane destructio censenda est.

Nonnunq̃ econtrario sub vmbra mie ac lenitatis suadet, ne q̃s alterū rep̄hendat, ne ve sibi indicet errata sua atq̃ defect⁹, ad qō tamen ex lege caritatis is obligatur, sicq̃ vtrūq̃ perdere ac iugulare molitur.

Nonnunq̃ cum q̃s audit aliquem detrahentē alteri, z si illud minime sibi placeat, agit tamē hostis vt metu displicendi ei qui detrahit, is aut maledicta ꝓfirmet, aut taceat saltē, noscit enī hostis nō paruū cē delictū detractionē vel patienter audire. Deberet nāq̃ talis aut vbo aut facie tristicia, aut quōlibet aliter, ostendere palā, ingratū esse sibi huiusce modi detractoriū fmonē, qua in re posset ab obtrectāte pcūctari, fecerit ne vnq̃ bonuz aliq̃d is de quo fmo habetur. Itaq̃ dicere debz fore longe melius illius bona q̃s mala referre, aut certe illa nō alijs, sed ei qui peccauit ob suam emendationem referre oportere.

Nonnunq̃ sub specie discretionis abstinentias, ieiunia fieri vetat, sicq̃ somnum, gulam, acediaz, bacveste contectos in habitaculum spiritus introducit.

Nonnūq̃ efficit vt sua q̃s somnia studiose adnīaduertat, z tñ vt his q̃dē ꝓtra dei ecclieq̃ preceptuz certa fides adhibeat, ea va ē, cūctaq̃ p ordinez veluti indicabāt euenire faciet. Sitr z de alijs supstitiōibz innūeris, vti q⁹ mane obuiū hre canē aut lepozē putet q̃s signare illa die futuz infortuniū. Et vt paucis loq̃r tā varijs z multiplicibz hmōi supstitiōibz simplices referti sunt, vt vel id cogitare animus perhorrescat, quas sane ideo dissemināt hostis, quoniam eas nouit deo admodum displicere, scit nempe homines non in deo sed in his confidere, ac spem locare suam. Ideo vero horum cordibus impresse sunt, tum quia neq̃ sapientes audiunt, neq̃ eorum dictis fidem prestare volunt, tum quia vsque adeo nefande sunt opinionis, vt quicquid obtigerit, huic alicui demētie tribuant, verbi gratia, si quid illis boni euenerit, confestim dicunt id bene futurum et ipse putabam, meo enim in somnio hanc rem ego conspexeram. Deū q̃p relinquentes, z sibi omnium bonorum auctori non veriti gratias proinde nō agere, ad has impias stultasq̃ credulitates cūcta referūt. At si quod frequēter fit, illa die acciderit malum aliquod, dicent etiam id sibi contigisse quia tale aliq̃d viderint aut

ganem. vel lepore habuerint omnium. Ide tidem t de sanitatib⁹ arbitrātur. quas nō deo vel nature sed nescio quibusdam bre uibus aut conscriptis pomis aut in huiusmodi incantationibus attribuunt. Sunt hec profecto sine q̄ q̄ncq̄ ratione/solo versuti inimici suasu/que etiam singulis diebus dominicis sub excōmunicationis pena districtissime ab ecclesia phibent. Porro longe salubrius foret t tutius deum ac sanctos adire cum fiducia/q̄ in his sperare dementijs. Quamobrem quisq̄ caueat has melancolicas insanias incidere/ neq̄ vero alios t precipue iuuenes in talib⁹ fidez habere suadeat. Est enim difficillimū ab his quenq̄ erui/cum ea teneris ab annis imbiberit.

¶ Bit nonnunq̄ hostis. vt in suis calamitatibus quis immoderatius de diuina cōfidat ope/vt si be permanserint. nec diuinitus fuerit liberatus. murmuris t impatientie labatur in foueā t sceleris deum arguat quasi impiū sit cuz qui tanta deuotione illū supplex orauerit/ nō exaudirū ereptumq̄ fuisse.

¶ Onnunq̄ alia fraude quod dictū est suggerit. vt scilicet cū is liberatum se cernet. deuotū. sanctum. ac deo amicissimū sese credat. vtpote cuius a domino vota efficaciter t pene miraculose cōplentur. ¶ In primo autem casu talis sperare debet ideo deum suis non annuere petitis q̄ id sue saluti minime expediat. In secūdo vero ambigendū sibi timendū q̄ est sibi esse offensum deū. neq̄ dignum presenti castigatione / exauditionem vero precum suam mercedem esse debere. itaq̄ se damnandū finaliter.

¶ Onnunq̄ homini scrupulos immittit innumeros. reddēs illi⁹ conscientiam miro modo dubiaz atq̄ artam/ne quid boni audeat efficere/vt etiam crebri⁹ delinquat. scit enim eum peccare qui id agit. quod p certo conscientia malum esse iudicat/q̄q̄ res in se mali habeaz nihil. Facit etiā istud hostis ob aliū deteriorem finem. vt. s. talis qui deliquit in desperationē delabatur. iudicans se reprobū a deoq̄ damnatū/quoniam tanta facilitate peccat. neq̄ vllo pacto adimplere valet mandata illius

¶ Onnunq̄ reddit hostis conscientiam ante commissam securam et amplaz. vt neq̄ peccare quis formidet. neq̄ postmodum peniteat.

¶ Onnunq̄ in ope latā conscientiam reddit. veq̄ ad tribuendā despationē postea delictū exaggerat. oīdēdo horrore sceleris t cōmissi delicti immanitatē/q̄ scz sit enorme cum q̄ talis sit. qui talis hēatur. tam detestandū admisisse facinus/contra vero antea nonnūq̄ districtā angustiaq̄ t scientiaz reddit. facitq̄ timere vbi non est timor hūdus. Et est instar eoz qui pueris viā transeūtib⁹ p clamāt laberis cades/vt metu turbati impingāt acruant pcipites. Ita his lapsum inculcat hostis. clamans t dicēs cōtinuo/erras. deficis. peccas. te haud dubie dānas. Hoc nanq̄ modo conscientie pacē ac quietē p turbat. adimit adeo vt talis neq̄ orare neq̄ bonū quicq̄ recte facere queat/cōtingere etiā t istud p̄ter aliud scelestius t longe maioris periculi vt videlicet quis huiusmodi scrupulos vitare volēs/tantā amplitudinē conscie arripiat. tā q̄ effrenatam sibi assumat audaciā. vt nll'a pcepta pēsi habeat/mbil estimet illicitū. Quamobrē cūctis in tentationibus mediū seruandum est/qō equidem fieri poterit. tum sapientum consultatiōe. tū subsidio orationis. tum super omnia humiliate ad deum/cui spes de illius misericordia commixta extabit.

¶ Onnunq̄ illis quos scit minime consilijs obtemperaturos. suadet sapientes frequenter consulere/ vt talium peccata minus habeant excusationis/nonnunq̄ vero banc consultationum suadet frequentiam cum eos qui consulunt male sana cōsilia daturos arbitratur. vt t qui dat t qui cōsilium accipit vna simulq̄ pereant.

¶ Onnunq̄ hortatur humanum nihil pendere consilium/sed vel a solo deo vel ab oratione instructionem expectare vel proprie prudentie inniti/t quasi secum ita dicere. Quid in hac re agendum tibi sit. ipse q̄ alter quisq̄ melius nosti. tibi enim melius res ipsa. tibi tuus animus. tua tibi melius comperta est facultas. Insup hos ḋ cōsiliuz tribuūt fortassis ipellit vtilitas ꝓpria/seu bonoris forte cupido mouet. t hec tētatio int̄ ceteras ē pniciosior t ap̄lioris piculi/psonis deuotis/p̄ftim/t bis q̄ acuta intelligētia pollent. et ē pfecto maxima superbia.

Nonnūq̄ post abundātez sumptionem cibi z potus deuotionem z lachrimas imittit hostis / vt q̄s hāc gulam in consuetudinē ducat. quasi ipa deuotionem effiniat

Nonnūq̄ huiusmodi deuotionem z lachrimas post grāde z immoderatū ieiunium imittit. vel vt sequatur cerebri vacuitas. ecinanitio capitis et totius corporis pmaxima lesio / fiatq̄ postmodum talis melancolicus. tristis. iracundus. vel vt ipse has abstinentias ieiunia vigilias in morem vendicet et consuetudinez. vt in hac singularitate supbiat / siue vt in malum predictum incidat.

Nonnūq̄ hortatur vt quis ăgelos videre velit / miracla cupiat. optat reuelationes habere z aliqñ prestigijs fallacibus siue i somno siue in vigilia hec apparere facit / agēs hec omnia. vel ad decipiendum sub effigie veritatis. vl' ad introducendū in illum supbiam. Quāobrez huiusmōi desideria super omnia detestari vitareq̄ debet quisq̄ deuotus. Ea enim q̄ de his p alios gesta sunt dūt sibi admodū sufficere satisq̄ sibi esse vtiq̄ debet si incel' mercedem accipiat.

Nonnūq̄ ingentez mirabilēq̄ dulcedinem in modum z similitudinē deuotionis inducit. vt i huiusmōi suauitate hominis tota cōquiescat fruitio neque deum amare. neq̄ ob aliud sibi obsequi velit. nisi solum vt hoc potiatur.

Nonnūq̄ in diuino famulatu duritiam immittit atque spiritus tristitiam. vt a domino se q̄s derelictū censeat. neque illi amplius impendat obsequium / sed ad carnis se cōferat voluptates et in illis consolationem requirat. Porro qui deum pure sinceriterq̄ diligunt. quicq̄ ficticio amore p sua sola delectatōe ei inhērent. hoc in casu probantur z innotescunt patule.

Nonnūq̄ agit. vt qui statū aliquez delegerit. eos qui in illo sunt defectus z indōmoda ꝓsideret. certū enī est quemlibet statum ꝓprios habere singulares defectus. et illos quidem frequētes ac plurimos. qui pfecto patient ferendi et modeste tolerādi sunt. Hec autē efficit hostis vt ad impatiētiam quēq̄ impellat. alium statum ostendens semp esse querendū. Sed de his particularius loq̄mur Delegit aliquis celibez z sine ꝓiugio ducere vitam Huic suggerit id esse nimis piculosum. ea etiā q̄ in cōnubio bona sunt sibi ꝓponet. ne q̄z vero illius dispēdia et ferme ifinitas molestias eū sinet attendere. Sit cōtra cū quis iam mr̄imonio deuinctus obstrictus q̄z est nec ab eo resipiscere licet. mēti obūcit. quāta felicitas. quanta quies est libertate perfrui. sine horum terrenorū occupatōe deo posse seruire. gestāde. plis non angi doloribus. non maritorū duros perferre mores / nullius quaz sui curā habere oportet. ceteraq̄z ingentia bona (quorum pculdubio expers est ꝓiugium) demonstrat / atq̄ coram oculis constituit z hoc facit. nō quidem inrendēs bonum aliquod afferre aut ꝓpalare veritatez de eminētia aut securitate tal' status / aut etiam acceptiōi eius apud deum ꝓditione. sed hec que pfecto vera sunt ꝓponit. vt eorum consideratio ad impatientiā et detestationem sui status / quem neḡt deserere / ꝓcipitet. Eluit quis hominū in freq̄ētia puta in religioso cenobio. apō hūc solitudinis bona magnificat atq̄ plurimi pendit / ostendit ibidem melius esse oīs locum. non adesse mūdi tentatōnes. iracūdie non occasionem adesse. tacet vero que solitarijs ꝓingāt picula. Ex aduerso. solis abditeq̄ viuentib. desiderium mūdi ingerit dicens. q̄ sibi tantum non alijs hoc modo ꝓsunt. in mundo vero mestos solarent egros visitarēt. largirēt elemosinas magas Inhabitanti vrbes suadet salubrius fore actutius villulas aut rura icolere. eo q̄ in ciuitanbus omniuz malorum exempla sunt Quo contra ei q̄ extra ciuitates bitat suggerit multo fore melius in vrbibus morari. neminem enim hic esse a q̄ eruditi queat ibi vero eū verbum dei auditurū / z ingēna quedam patraturum opera / nec ostendit q̄z innumera illic conscientie discrimia sint q̄z etiam difficile sit ꝓpter reruz necessariaꝝ caristiā nimiā / vitā ibi trāsigere. Cetera ista omia ob id sicut initō dicebā in ꝓsideratiōnē deducit aitq̄z ante oc'los statuit hostis. vt nemini su⁹ stat⁹ placeat / nemo in illo ꝓtentus sit / nouas q̄sq̄ mutationes cupiat / vtq̄z ita pectoris trāquilla ꝓtinuo ḡ pace. z ꝓtinuo grauib ac molestis incōstāne fluctib agitet. Has igit cūctas tentatiōes z si q̄ sil'es inueniunt. a se q̄sq̄ depellere z illis i hūc modū apō se rūdere dz. Scio vtiq̄z mala z bōa vbilibz ḡpiri. qō si mala q̄dā

mens continet status. in eo tamē nonnulla sunt bona que alibi minime reperiūtur. Alibi preterea mala aliqua inueniri certū est. quibus vita mea caret ⁊ est immunis.

Admonet nonnūq̄ hostis vt ad hoc quis/hominum in conspectu sese vituperet/vel etiam delicta quedā committat ⁊ perpetret. vt se iudicet nec ficcum esse nec ypocritam. Quod pfecto in grāde maluz ab hoste suggeritur. Nam per huiusmodi que hic aduersus suam gloriaz dicere/agereq̄ videtur/aliquando in eum maior irrepit superbia vult quippe hoc pacto verax haberi ⁊ reputari is qui suam laudem minime querat. quaz tamē suo in animo flagrantissime cupit. Ita autem esse dignosci. compeririq̄ potest. cum eā ipa que is de se indigna dicit. alius quoq̄ asserit/et testatur. Nam id ⁊ moleste fert ⁊ sese tūc excusat ⁊ commendat.

Nonnunq̄ hortatur hostis/vt cuz alicui opus suum agere incumbit vel rem quamlibet scōm morē eorum quibus conuiuit efficere. tunc ad vacandum deo/cunctis huiusmodi occupationibus ⁊ quidem debitis/se subtrahat. ⁊ solum constituat/vel id ab hoste fit vt illo tempore facilius retre abominandeq̄ cogitationes rancoris/inanis glorie. ⁊ singularitatis/que certe pessima est mentem huius subeant. Agit etiam nonnunq̄ hostis vt maiori complacentia quis bonum voluntarium ad/quod nequaq̄ obligatur/q̄ rem saluti necessariaz efficiat. Puta q̄ ds potius soluere infringereq̄ malit ieiuniuz quod precipit ecclesia. q̄ illud quod/propria voluntas instituit/que profecto res prorsus est illicita

Ex aduerso aliquando suggerit corpori eo semper labori intendere/vt quis nunq̄ ōo vacare queat neq̄ ꝓpriam vitam animaduertere discutereq̄ possit. Sane optimuz est vtroq̄ moderate vti ⁊ iam huic etiam illi vicissim operam dando vnuz altero temperare.

Nonnunq̄ aliorum peccata cōsiderare facit/vt proximum quis iudicet ⁊ infamet. vt non euz diligat sed contemnat. vt nullam salutarez doctriuam ab hoc dictam recipiat/vt quicquid ḥ boni egerit mala intentione fieri asseueret vt ei si supior fuerit. obediret recusetꝫ/vt eū si subditus est tractet immaniter/atq̄ vlla sine misericordia corrigat/⁊ super omnia. vt quia hmōi delicta non operatur meliorem simpliciter se cēseat. ⁊ hoc pacto deterrimam in se assumat superbiam que fortasse maius peccatum erit q̄ oēs aliorum defectus. quos tāta diligētia ꝯsiderat. curiositate tanta explorat. Quāobrem ꝯuenit ab alienis delictis oculos abducere/⁊ eos cōuertere in ꝓpria. q̄ si aliena peccata cōsiderare necessariū extiterit. id fiat illis compatiendo. de his enim multo plus q̄ de corporali morbo dolere debet/⁊ compati. Id etiam fiat. dominū p his orādo/⁊ cogitando deniq̄ q̄ sui defect⁹ maiores sunt. aut nisi eum dei misericordia ꝓtexerit grauioribus multo criminibus irretiri implicariq̄ poterit/qui etenim non vult diuinā misericordiaz ita alicuis sicut suis delictis ignoscere/is profecto illam odio habere videt.

Nonnunq̄ aliena bona ostendit et demōstrat. vt quis in sceleratissimū facin⁹ corruat/in liuorem. s. ⁊ indiuiduā. vel is inflāmetur ad ꝓcupiscentiaz talium diuitiarum. talis status pompatici. talis glorie. talium vestiū. equorū taliū pulcritudinis talis. ⁊ generaliter taliū quorumcunq̄ bonoꝝ / vt etiā cū eiusmodi bona nanciscī adipiscīq̄ nequit. hinc doleat angatur/atq̄ melancoliam incurrat.

Nonnunq̄ de aliorum dictis ⁊ factis in mentem alicuius vehementem suspicionem inducit hostis. persuadens illi huiusmodi cuncta fieri vel ad irrisionem/turbationemq̄ eius/vel ad sibi damnū inferendum. De quibus tamē in veritate nihil ē. Suboritur autem hec aliquando tentatio inter vxorem ⁊ maritum/inter fratrem ⁊ sororez/⁊ inter quosq̄ amicissimos/ex qua grauissima mala ⁊ ferme incredibilia proficiscuntur. Et est plane pessima tentatio. de altero. ⁊ de amico ꝑ sertim/malum suspicari adeo faciliter. ⁊ id ita celeriter credere/quod pene semper esse falsum postmodū comperit. Quare summo studio vitanda est huiusmodi infausta suspicio. Quod si eam quis a se nequit penitus abiicere. tunc multum proderit ea q̄ aduersus alterum quis animo suo versat illimet apire/vt is proide se excuset/⁊ satisfactionē afferat. Verum nōnūq̄ agit hostis vt has suspitiones in corde ds recōdat. ⁊ apō se teneat. vt hac credulione ille incremēta suscipiāt. plusq̄ iferāt nocumēti/neq̄

alter inde se excusare queat. Cōtra vero nō numq̄ cōsiderata neq; obseruata oppor/tunitate ꝯ gruētiaq; tpis, vl' ex malignitate iracūdiaq; animi illas pferri facit, vl' etiaz cū nimia assertiōe/vt p hoc is qui hec dicūt irascat & turbet, atq; in aliū odiū concipat q̄si hoc mō apud se cogitās. Quid ita, ista ne istud de me arbitrat? metalē is estimat? si mihi amicus eēt, pfecto hec mīme ageret nō sibi ostendi vnde de me sentire sic debe/at. Sic de eo ipe non cōmerui. Ecce itaq; quō hostis vndeq̄q; tam dicendo q̄ tacendo suas fraudes injcit.

Ad pro pleniore satisfactiōe i ista materia/ cōsidero q̄ vita contēplatiua bz in se gradus z ptes quarū vna est subtilioz alia ¶ Et est vna talis que inq̄rit p rōnes fundatas in vera fide dei naturā z ipius essentiā z eius opa. Et valet ista contēplatio ad repiendū nouas veritates vel ad declarandū z docendū. aut etiā ad defendendū cōtra errores z falsitates hereticoz z infideliū. Et de tali materia nō intendo loq̄ ad pñs. pertinet enī solūmodo ad bonos theologos. bene i sacra scriptura instructos. non autē ad simplices. nisi esset p inspiratōem z miraculose ipsis data. sicut accidit in aplis qui erāt valde simplices z sine lrātura z pluribz aliis ¶ Una alia pars contēplatōis est q̄ principaliter tēdit ad dei amorē z ad sapiendū suā bonitatē sine mḡna inq̄sitōe clarioris cognitionis q̄z est talis devera fide que data est eis aut certe inspirata. Et ad hanc contēplatiōez pñt pringere simplices pson' in dimittēdo curas mūdiales. z in custodiēdo coz suū purez mūde. Et de tali loquor in pñti. Et credo q̄ ista sit sapiētia z contēplatio quam principaliter btūs Dionī. in libris suis de mistica theologia edocuit. et est sapientia excellētioz z altioz quā possumus habere in hoc mūdo. que fuit ei reuelata per beatū Paulum aplm. cuius ipse extiterat discipulus.

Capitulū quintū

Magna differentia est inter sapientiā et scientiā sm doctores.

Magnā differentiā assignāt doctores sancti/ inter scientiā z sapiam z principaliter btūs Bernī. Quia sciētia p̄tinet ad intellectū z ꝓuenit isti soli. sed sapiētia ad affectū Et ideo sm nomē suū sapiētia valet tantū sicut saporosa scientia. qui sapoz respicit affectōem desiderii appetitū z voluntatē pson' istius cui inest. Et ideo potest in aliquo magna scientia vel cognitio esse/ in quo erit modica vel nulla sapiētia. Rō quia nō bz saporez vel affectōem ad illō q̄ ipse scit ¶ Et declarat p exemplū grossum. Pōt enī aliqs cognoscere mell' naturā. q2 audiuit aliqñ de tali narrare siue loq̄. vel etiā q2 legit in libris de natura mellis. sine hoc q̄ q̄ñq; mellis dulcedinē gustauerit. Itez medici cognoscūt naturā infirmitatū. z sepe melius q̄z ipse infirmꝰ seu patiēs. Sed quantū ad sensum dolozis/ clarū est ipsos infirmos plus scire infirmitates. nō p rōem sz p experientiā Sic suo mō. p̄t aliqs hr̄e maximā sciam vel cognitōem alicuiꝰ pson' sine magna affectōe amoris vel odij cōplacentie vel displicentie ad talē pson' Et ex alia parte p̄t aliquis capere magnā affectōz vel complacentiaz alicuiꝰ/ sine magna eiꝰ cognitōe ¶ Videtis ergo q̄ sm hoc possumus concipere z intelligere/ posse esse magnam sapientiā in aliquo. sine magna vel

clara cognitõne. ⁊ clarã ⁊ magnam scien⸗
tiam seu ꝯgnitõꝫ. sine mꝫta vel magꝫ sapia

⁊ Capitulũ sextum.

Nullꝰ dꝫ appellari sapiẽs nisi bonꝰ existat

Ecundũ vsum loquendi cõiorẽ⸗
dicũtur cõiter aliq̃ magni clerici
theologi et pñi habere scim vel sa⸗
pientiã q̃ sunt instructi in prĩa pte contẽ⸗
platõis de qua locutus sum. Sed in tali
contẽplatõne videntur posuisse pñi felici
tatẽ vel beatitudinẽ humanã. Sꝫ hoc di⸗
cere est minus rectũ ⁊ est abusus loquẽdi
nisi tales clerici habeãt cum cognitõe eo⸗
rum/ardentẽ affectõem per dilectiõem ad
deũ ⁊ ad hoc qõ facit ad eiꝰ amorẽ. Et sine
tali dilectõe ⁊ caritate/nõ potest eẽ posita
ipsa felicitas in cõtẽplatiõe. nec fuit vnꝫ
intentio Arestotilis alia. sicut ego teneo.
Et qui aliter fecerũt/sunt ab ipso apl̃o re⸗
prehẽsi dicẽte. q̃ illi q̃ dicebãt se sapiẽtes
hoc est habere sapiam/facti fuerũt stulti:
Et cãꝫ assignat. Quia cũ cognouissent de
um nõ sicut deũ ipm glorificauerũt. nec si
cut deũ amauerũt/nec grates ei reddiderũt
sed euanuerũt. ⁊c. ¶ Sic ergo possumus
videre quos veraciꝫ loq̃ndo dicere deba⸗
mus scientes vel habere sapientiam et q̃s
non quantũcunꝫ literati exiterint

Capitulum VII.

Quomodo simplices ⁊ idiote possunt ad
sapientiã ptingere per exemplũ a simili

Ognitio vl sciẽtia q̃ habet de deo
perverã ⁊ solã fidẽ/sufficit ad per⸗
ueniendũ ad talẽ sapiam sicut di⸗
ctũ est p amorẽ dei/⁊ seruitiũ ⁊ eiꝰ honorẽ
¶ Et videt mihi q̃ sicut dicit Aris. q̃ sim
plices pñt hñre felicitatẽ credẽdo hec que
pñi testificati sunt de deo ⁊ angelis ⁊ pone
re fm hoc cogitatiõem suã affectiõemꝫ.
Per hoc cõcludo q̃ xpiani simplices/hñ
tes fidẽ firmã de dei bonitate ⁊ fm hoc ar
denter amãt/verius hñt sapiam ⁊ potius
dñt dici sapiẽtes q̃ꝫ quicũcꝫ alij lrãti/exi⸗
stẽtes sine amore ⁊ sine affectõe ad deũ et
sanctos eius ⁊ etiã plus placent deo tales
magis q̃ꝫ alij. Et quod plus est tales litte
rati sine affectõe/do displicibiles sunt. exi
stentes sicut sal corruptũ ⁊ sapiẽtes infa⸗
tuati. Et pꝫ hoc p exemplũ grossum. Si
pater vnꝰ habeat filios duos quoꝝ vnus
nihil scit de secretis sui pñis sed solũ q̃ sit
pater suꝰ ⁊ q̃ totũ suũ esse ab eo habeat. et
q̃ debeat eũ amare ex toto corde ⁊ ei seruis⸗
re ⁊ eũ honorare ⁊ sic facit de tota sua affe⸗
ctõne. Alter autẽ filiꝰ multũ sciat de secre
tis pñis sui p reuelatiõem a pñe sibi factã ⁊
de talibꝫ scit loq̃ magnanimiꝫ ⁊ tamẽ non
habebit aliquã vel q̃si nullã affectiõemꝫ dul⸗
cem ⁊ amorosam/ad patrẽ suũ neq̃ꝫ ad ob
seq̃um eius. Istis stãtibꝫ. pero q̃s illoꝝ fi
lioꝝ a dicto patre plꝰ amabiꝫ ⁊ plꝰ honora
biꝫ ⁊ magis remunerabiꝫ. Non ei dubiũ
quin primꝰ. Et insup a patre suo ꝓpter ta
lem affectiõemꝫ ad ipm habitã/instruetꝫ am
pliꝰ. de secretis patris sui ⁊ de tota eiꝰ beredi
tate. Hos ãt ꝺenabiꝫ ꝓpt suã ingratitu
dinẽ ⁊ malitiã. ⁊ ꝓpt abusum cognitõis se
cretoꝝ sui patris sibi reuelatoꝝ ab eodem.

Capitulum VIII.

Que sint opa per q̃ deꝰ pfectiꝰ cognoscit.

Care tã oñdi (sicut mihi videtur)
nõ frustra ⁊ imptinenꝫ esse loquẽ⸗
dũ simpliciꝫ de vita contẽplati⸗
na/p introductõe eoꝝ ad dei amorẽ ⁊ eius
degustatiõem ⁊ saporẽ: per sanctas dulces
q̃ꝫ affectiones. sicut p spem bonã. timorem
sanctũ/per ardẽs desiderĩũ. per displicen⸗
tiam ⁊ tristitiã offense diuine per peccm. et
sic de affectõnibꝫ alijs. Et quantũ ad hoc
cognitio vel sciẽtia lrãꝝ seu lrãtura/nõ re⸗
quirit vltra plenã grossamq̃ fidẽ seu cre⸗
dulitatem. quaꝫ tales simplices tenent de
deo et de sua potentia sapientia. ⁊ bonita
te. de suis mandatis ⁊ misterijs generali⸗
bus. de nostra redemptõne. de paradiso/
ac de inferno. ¶ Et non est exile. posse ad
quirere sapientiã huiusmodi de qua dixi
Testatur enim Guilhelmꝰ doctor eximi⸗
us q̃ inter omnia dei opera. nullum plus
notificat ⁊ agnoscere facit deũ suamq̃ bo⸗
nitatem/ q̃ꝫ ista delectatio que cum spiri⸗
tuali placentia recipit in anima. cum ipse
deus eam secrete visitat/postq̃ꝫ se profun⸗
de humiliauerit/ante eius maiestatẽ. Et
si ita est. immo q̃ ita est. patet q̃ simplex ⁊
illiterata psona meliꝰ cognoscit deũ/amã
do eum ⁊ in anima sua eius opa recolẽdo
sicut dictũ est/q̃ꝫ facere potest q̃ntũcunq̃
literatus ⁊ pñs ꝑ opa exteriora ⁊ p ratiões
naturaliter acceptas. Cñ dñs nr ihs xps
pñi suo grãs agit/q̃ abscõdit hec alta my
steria a sapiẽtibꝫ ⁊ prudẽtibꝫ hꝰ mũdi. ⁊ re⸗
uelauit ea puul. Exẽpla etiã supra posita

de infirmitatibus ⁊ mellis natura hec declarant manifeste.

Capitulum .IX.

Continuatio seu epilogꝰ dictoꝝ sub breuitate.

POstꝫ mũdi et rõez assignaui, quã ob causam modo gallice cõscribe/rem simplicib⁹ personis, scz vobis sororibus meis ⁊ dilectis p genealogiã carnalẽ et si deo placet plus p spũalem affinitatẽ. Huc intendo descendere ad prosequẽduz quod cõcepi, demonstrando vobis aliq̃liter ⁊ modo grosso iter vite contẽplatiue illius q̃ ad vos ptinere pt. que pducere vos poterit sufficiẽter ad verã sapiam ⁊ vestrã salutẽ. Quia (vt augustꝰ testat) plures simplices absq; scientia opati sunt salutẽ eoꝝ habẽdo fidẽ spem ⁊ caritatẽ, alij autẽ cuz sua sapiẽcia/ dimersi sunt in pfundũ iferni. Dimittam⁹ igit tales sapiẽtes se dãnare sicut dicit Bernũ. ⁊ nos tota simplicitate queramus saluari.

Capitulũ decimũ.

Amoꝝ dei pricipium est vite contẽplatiue ⁊ finis.

RAdix ⁊ initiũ vite contemplatiue debet eẽ dei dilectio, hoc est, q⁹ ei⁹ amore dimittat⁹ vita mundana/ omnesq; cure terrene ⁊ occupatões. se totũ tradẽdo ipsi deo. Secus autẽ faciens/ seip̃m decipit. ⁊ sepe nõ puenit ad finẽ laudabilem/ nisi se emendauerit, sicut sunt q̃ se tradũt religioni vel studio/ extra mundũ. nõ pro dei amore. sed ꝓpter pigriciã. et ficte mũdi laborẽ subterfugiẽtes. vel propter hr̃e vñ viuere. aut propter vanitatẽ ⁊ supbiã cupientes reputari magni clerici aut deuote p sone. vel etiã ꝓpter curiositatẽ. scz solũ propter scire quẽadmodũ plures fecerũt phi

Finis etiã vite contẽplatiue debet esse amoꝝ dei, hoc est q⁹ p eius dilectõe ⁊ amore/ nitat⁹ de bono in melius pficere et q⁹ velit se abstrahere ab oñi alio ope ⁊ occupatione. Et quod dico q⁹ debeat se abstrahere ex toto ab alijs occupatõibus. hoc intelligo de terrenis pricipal⁹ ⁊ de tali q̃ notabiliter impediret suam cõtemplatõem. Scio enim q⁹ modica ⁊ tpata occupatio aliq̃ necessaria est ⁊ valde pficua/ ad vitã contemplatiuã. ad pigriciã aut etiã malã tristiciã depellendã. Predicta aplus affirmat inq̃ens Plenitudo. i. finis legis scilz diuine est charitas siue dilectio Et iõo in lege dei que dicta est sapia vel theologia/ iste excellẽtioꝝ appellari dz magister. q̃ pl⁹ amat deũ. Iste etiã hz vitã pfectioꝝ statũ q̃ nobiliorẽ. q̃ meli⁹ diligit ⁊ plus. Et quia vita contẽplatiua conueniẽtioꝝ ẽ de se ad bñ amandũ deũ. sicut scola vel studium vbi meli⁹ ista ars scz dilectõis adq̃rit: ideo vita ista pl⁹ laudat⁹ ⁊ approbat⁹ in sacra scriptura. ⁊ a sanctis doctoribus ⁊ pricipaliter ꝓ verũ deũ amoris iesum xp̃m. qui istã dedit sentẽtiã q⁹ maria meliorẽ ptẽ elegerit Et que est ista ps? Certe q⁹ illa sedebat ad pedes iesu ⁊ audiebat ꝓba illi⁹ ⁊ audiendo. de suo amore inflãmabat. Verũ est tñ q⁹ aliq̃s p̃t interdũ in vita sua actiua plus deũ amare q̃s ali⁹ facit in vita sua contẽplatiua. ⁊ talis est magis pfectus: q̃s uis sit in statu min⁹ pfecto q̃s contẽplatiua Et etiã talis vita actiua pfectioꝝ erit vt hec q̃uis de se sit in statu min⁹ pfecto / q̃s contẽplatio. Et quo vlteri⁹ pz illos decipi putãtes vite contẽplatiue finẽ esse solum scire vl̃ adq̃rere nouas veritates. imo poti⁹ finis pricipal⁹ eius est deũ diligere ⁊ degustare q̃s bon⁹ ⁊ suauis sit ipse. Quãuis iste sapoꝝ seu gust⁹ vel attract⁹. aut spirituale illõ sentimẽtũ/ p̃t dici forze vn⁹ modus ꝓgnoscẽdi q⁹ amoꝝ ipe ꝓgnitõ est sic aug. testat? Que cognitõ tal⁹ est ⁊ ita secreta q⁹ a nemine nisi eã bñte pcipit. q⁹ pverba aut doctrinã explicari ⁊ demõstrari nõ p̃t alteri. quẽadmodũ dici solet de ifirmitate valida q⁹ dolorẽ hui⁹ infirmitatis nullus tam bene sentit sicut qui ista premit.

Capitulum .XI.

Dõ amoꝝ mũdan⁹ seu mũdi prio ẽ remouendus vt pies incboaret scire ar(uẽd⁹ c)tẽ bñ amandi deũ p̃ vitã ꝓtẽplatiuã. prio ⁊ pricipal⁹ toto conamine laborare dz ad remouendũ amorẽ fatuũ ⁊ contrariũ. quẽ appello vocabulo generali amorẽ mundanũ. Amoꝝ enim mũdanus iste est vt glutinũ quoddã alas ãime spirituales impediẽs. ne se in altuz poterit subleuare Est etiam sicut calx seu cemẽtum tenax ⁊ forte pedes anime retinẽs. ne libere valeat pertrãsire. Rursus compatur iste amoꝝ catene similiter tenens ⁊ alligans animã ipsi corpi/ vt ab eo non se poterit elongare. in similitudine vnius visi

vel simee/cõtinue severtẽtis et girãtis seu circumeuntis columnã aut pilare cui alligata est. vltra transire nõ potẽtis ¶ Item est sicut truncus quidã alligat⁹ simee. per quẽ inimic⁹. aiam ipam affixã tenet semper. phibẽs fugã et⁹ longiorẽ. quatin⁹ eriam citi⁹ aliqñ fugientẽ reapprehendat Similak insuper cõpedib⁹ quib⁹ aues rapaces alligate pedib⁹ deferũtur. Et sic pariformiter de plurib⁹ figuris q̃b⁹ cõparak ¶ Iste amor est regina illa pessima. q̃ cõstituit fundauit babylon ciuitatẽ cõfusionis inimici infernalis in creatura hũana. Fecit enĩ amare semetipm vsq; ad contemptũ nihilipẽsionẽ dei oipotentis. Est itẽ terra mala sterilis et maledicta nõ pducẽs fructũ q̃ntulũcũq; bonũ ¶ Est et cadauer phibẽs corũ reuerti in arcã hoc est aiaz i hospiciũ celestis paradisi. ¶ Postremo gerit typũ famine mulieris intantũ garrientis vlulãtis tã horribilez strepitum excitãtis per suas fantasias q̃s inducit i domũ ip⁹ aĩe sine cessatõe/ q; ipa aia cogitur exire propriũ domicilium et spiritussanct⁹ qui esse deberet ver⁹ hospes nõ potest inibi habitare/sed inde abscedit.

¶ Capitulum. XII

Qualis sit pena dimittẽdi amorẽ mũdi.

Ex quo amor mũdi seu mundan⁹ talis est sicut predixim⁹. z q; amor bon⁹ illuc peruenire nõ valet vbi iste habitat. Oportet se ergo inde expedire z remouere. z ipm totalr rumpe. ei⁹ q̃s ciuitatẽ ꝛfundere. atq; ab hospitio suo expellere. Sed heu hoc facere est multo difficili⁹ q̃plures credũt Et q̃lis pena sit. isti meli⁹ pcipiunt/ q̃ seipos a tali studẽt alienare/ q̃s ceteri q̃ de hoc nullũ computũ faciunt nec ad hoc nitunk. Sicut enim auicula q; cõstricta z capta sit cõpedib⁹/ nõ incipit. z cũ supsidet glutino. nõ sentit se anterã q̃usq; recedere voluerit z indevolare. Sicz in ꝓposito Inde accidit plãct⁹ z tristicia/ istis q̃ nouiter ad dei amorẽ cõuertunk. Sentiũt enĩ ipsi dolorẽ z penã/ multopl⁹ q̃s antea. Hoc etiaz facit diabol⁹/ qz inimicus salutis tũc tales magis nitit retrahere. quẽadmodũ cattus solet muri facere. cũ nimis ab ipso se voluerit elõgare. Aut etiã sicut iudex aliq̃s captiuis suis a captiuitate sua fugitiuis. Tũc ei clientes suos mittit ad reducendũ tales/ antea autẽ nõ mittebat eos ad requirẽdos. Jõ sic necessariũ est/ q; verus deus amoris saluator noster iesus xp̃s attrahat ad se aiam illam quã cẽ voluerit suã amicã z sponsam. instruendo q̃ in arte vere dilectõis z boni amoris. Attractõem ãt istã facit ipse/ variis modis. Modo p inspiratõem z secretas monitões cordis interi⁹. sine alio medio. Aliqñ p mediũ angeli Sepe ãt mediantib⁹ alijs hoib⁹ tradẽtib⁹ doctrias z bonas instructões. Interdũ p magna bñficia z dona diuersa. Qñq; etiã p aduersitatẽ z tribulatõem. siue sit ab extra. infirmitate. paupt.ate. aut ex alijs guerris. siue ab intra tentationibus varijs.

¶ Capitulum .XIII. ¶

Quomodo aliq̃s amorẽ mundi possit deserere/ per exempla.

Sancta aia in canticis sentiẽs in se grauitatem z durũ iugũ seu graue on⁹ terreni amoris. cupiẽs appro p inq̃re deo sponso suo z amico/ deprecak in hec verba Trahe me p⁹te. currem⁹ simk in odore vnguẽtoꝝ tuoꝝ. i. tue dulcedis. Et pari mõ de⁹ oipotens facit suis famul Ipse ei eis immittit q̃ndã dulcedinẽ. aut odorẽ. aut saporẽ internũ/ vel gaudiũ qõdam sobriũ/ vnã claritatẽ/ pacẽ/ dilatatõz mẽtis/ gustũ/ aut etiã sonum sine sono Et breuit loquẽdo/ est q̃dã attract⁹ z opatõ z qõdã motiuũ. qõ fari nõ põt nec verbo explicari/ sz sentit bñ ¶ Et tũc ipa aia deuora expedit se de ligamie z nexu hmõi amoris mũdani. nec est tũc aliq̃d h⁹ mundi qõ eã retardare poterit. nõ diuitie. nõ carnales delitie. nec cibi aut pot⁹ delectatõ. nec lud⁹ nec ioc⁹ aliq̃s ¶ In mũdani hoies pleni amore fatuo. multũ miranꝝ z totũ in derisuz z subsannatõz ꝓuertũt. z fatua putãt oia facta hmõi aĩe a deo sic attracte Rõ qz videt ipaz/ spnere z derelinq̃re q̃ ipi amãt z bona valde cẽ iudicãt. Sz i rei veritate ipsi ignorãt quõ sit aie tali. z q̃d itra se sentiat ¶ Vide⁹ manifeste q; si int centũ canes bñ q̃tuor venatici/ q̃ sentiũt cervũ quẽ ipsi nõ videbãt nec etiã alij canes. statim isti q̃ tuor venatici canes sentiẽtes odorẽ cerui post ipm currẽt/ eius vestigia insequẽtes. nec ipos refuare nec retrahere poterit ipedimentũ aliqd obstans. nec sepes. nec rubus. nec riuus. nõ lapis. nec etiam cibus in itinere obiectus. Alij autem canes nõ

percipientes cerui odorē/ p vestigia eius aut q̄ nō sunt venatici sed ignobiles z crassi/ corrodentes forte cadauer aliq̄d/ tales nō insequūtur ceruū nisi forte ad modicū spaciū. et hoc ideo quia alios vident currētes/ quatuor. ideo currūt z ipsi. Sed citi⁹ cessabūt. tanq̄ eēnt stupefacti de alijs q̄tuor quare se in vanū currēdo vexarēt. nō ei sentiūt qđ isti/ ipsi autē ꝓtinue ad cadauera corrodēda sunt intenti. ¶ Comparetis nunc habētes bonū dei odorē de bonitate. de gl'a celi/ istis q̄tuor canibus venaticis. Alios autē mundanos nihil de dei bonitate/ gloria celesti/ z ceteris sentiētes alijs.

¶ Capitulum. XIIII.

Legere vel audire sctōz vitas/ multum prodest ad contemplatōem.

¶ Ed etiā amorē istū mundanū/ depellūt z remouere habēt ab hoīe/ sacra scriptura z sctōz exempla. lecta deuote z audita z sedule recogitata De quo tradere exēpla/ nō est necessariū. sunt enī sine numero/ q̄tidieq̄ experimur in psonis se tradētibus ad vitā meliorē/ salutēq̄ suaz diligēter pēsantibus ¶ Accidit sepe q̄ tristis/ frigidus aut certe tentatōnibus vexatus aliq̄s/ accedit ad sermonē. aut ad alicuius libri lectōem. z subito nec trāsibit hora q̄ int' verba que inibi audiet leget aut respiciet/ ipse conseq̄tur leticiā quandā z sctm̄ calorē z a suis tentatōibus liberatū se sentiet ¶ Et cognosco q̄ repiens se induratuz corde ad hm̄dā deuotōz si applicauerit alicui salubri doctrina aut vite alicui⁹ sctī vl sctē/ satis facil'r sentiet internā dulcedinē. z citius q̄z si niteret ad istā hm̄dā sine medio tali. s. q̄ simpl'r se daret ad cogitandū de dei bonitate. Hec mirꝫ fm q̄ btūs gregō. de hoc adducit exēplū Experiēcia docet/ q: solis rotā z ei⁹ pfectā claritatē intueri nō possum⁹ ꝫz ipm videm⁹ in mōtibus in quibus resplendet. simili mō percipim⁹ dei claritatē z e⁹ dignitatē in sctis suis vbi mirabilis relucz ¶ Valēt etiā z opank ad obtinendā deuotōez istam/ sctōz merita q̄z dicta recitātur z deuote recipiūtur. cū q̄b tali mō quodāmō loq̄mur. eoz scripta plegētes ¶ Sic ergo pz q̄ pficuū sit sctōz dicta z verba legere attēte vel audire. Posito etiā q̄ ex tali lectōe nihil retineak nisi p tali hora. Non enī frustra z incōgrue dns noster verba sua cibū appellauit anie Unō est mirādū fame spiritali deperire tales qui se a studio sacre scripture elongāt. existentes macri z in devotōne sua sicci.

¶ Capitulum. XV

De angelorū suffragijs Et de generibus aliquorū hominū prospera z aduersa bōnūm

¶ Onsequēter nisi nobis sanctorū angelorū adesset frequēs auxiliū. quis sufficeret euincere aut euadere frandes laq̄osq̄ inimici: Certe null⁹. Idcirco angelo nobis i custodē deputato/ honorē magnū ac reuerentiā semp impendere debem⁹. Iz etiā in locis sim⁹ positi secretis z priuatis. nihil inhoneste ppetrātes quo ei⁹ pñtiā offendere possemus. ¶ Sūt hoīes quidā nature tā laudabil'/ pleni gratitudine z recognitōe acceptorū a deo q̄ in psperis eidē fideliter famulāt z meli⁹q̄z i aduersitatibus. z tales ipse nutrit sepius in psperitatibus. bōtēq̄ padisum in hoc mundo z in futuro. Ratio. q: ex toto corde z pfecto. nō cessant laudare deum et grās agere de collatis bōficijs Et ipf videtur z in veritate sic est/ q̄ q̄ntulūcunq̄ donū licet modicū z exiguū ab eo acceptū. sit carissime z valde gratanter accipiēdū. nō pter donū ſz ꝓpter eū a q̄ venit. s. tale donū Recte sic fili⁹ bon⁹ in terra aliena positus multū gaudet cū recipit q̄lecunq̄ tocale a suo pr̄e trāsmissum z care tenet. Etsi a casu accidit/ deū remouere bōficia sua a talib⁹ de quib⁹ locut⁹ sum. stati permittēs eis aduenire aduersitates. ipsi silr̄ hoc gratāter accipiūt tanq̄ a deo veniēs. z isto mō/ sicut in psperis z sic de corde dulci oī tempore deū benedicūt z laudāt. De quorum numero fuit btūs Iob fm suā historiam z plures alij ¶ Sed z sunt alij alteri⁹ animi z conditōnis/ pl⁹ indurati z quodāmō nature asinine. q̄ stimulari volūt z tles meli⁹ accelerāt ad deū p tribulatōes z aduersitates. q̄s ad se trahit de⁹ oīpotēs sic mr̄ pueru̇ separatū ab ea. Odiat ei per alios vt ledat puer z sic clamās matrē ad eā reuertit z lacrimās. Que vlnas suas suscipit adhortās ne se decetero ab ea elōget. adijciens q: alibi nō nisi mala sustiebit Et i veritate loquendo nimis pauci reperiūtur/ q̄ sic viuacit' z fundit⁹ ex toto corde cerussime recurrūt ad deum z ad eius auxilium in vera et bona humilitate. quemadmodū in aduersitate faciunt cum se senserint

desolatos. nesciētes vbi habere recursum nisi ad deū. z hoc specialr quādo nō sentiunt dolorē illa hora. qui sit oīno impedimentū intellectus. ḋn pñt querri ad cogitandū deū z seipsos. Et ideo cōuenienter rñdit quidā sanctꝰ vni diuiti grauato infirmitate/ ipm deprecāti quatinꝰ deū p ipso exoraret sanitatē impetrando. Quādo inquit iste sanctꝰ deuotōz habetis amplioꝛē z melioꝛ estis. an in infirmitate an extra? Cui respondēti qꝛ in infirmitate. dicit sanctꝰ. Et ego oꝛo deū vt vos in tali statu conseruet in quo melioꝛ estis. Et licet aliquis optet tribulatōem transire z cessare ab eo ꝓpter dolorē quē sentit ad pñs sic dicit aplūs. ipsa tamē generat z apportat fructū valde placabilē. Videmꝰ in pueris scholaribꝰ qualem profectū reportāt p suas vapulatōes z correctiōes. ḋn̄is ad horam eis hoc sit durū. Et breuiter loquendo nō est aliquid qō sic viuaciter eradicat amoꝛē istū mundanū a terra anīe. quēadmodū tribulatio/ bene z patiēter recepta z tempata existēs. Et qō plꝰ est/ ab isto amore pfecte nō pt ḋs seqstrari sine tribulatōe ab extra aduenīēte. vel accepta p voluntariā penitentiā z carnalitatis mortificatōz nisi miraculose alr factū fuerit z p dei donum speciale.

¶A Capitulum XVI

Incipit de scala contēplatiōis dei. cuius tres sunt gradus scz humilis penitentia/ locus secretus. z silentiū Fortis pseuerantia sicut btūs bernr. sup cantica tractat.

Ad ptingendū ad fructū vite contemplatiue z eiꝰ altitudinē. necesse est scala vt iz sic ascēdere. principalr tres in se gradꝰ continēte. ḋs noīare possumꝰ penitentiā humilē. locū secretū z silentiū. z fortē pseuerantiā ¶ Inter istos autē gradꝰ tres pricipales. plures sunt medij sed minꝰ pricipales. p ḋs fit ascēsus de alto i altū. z de virtute in virtutē/ quousqz puenīt ad summitatē arboꝛis seu montez contēplatiōis ¶ Humilis autē penitētia hec incipit. locꝰ quietꝰ z secretꝰ cum silētio mediat. fortis pseuerātia finit terminatqz ¶ Hz anteqz ad horū triū pfecutōem descendā. p mee imaginatōis meliori intellectu z cōpbensiōe/ aliqbꝫ vtar naturalibus z intelligibilibꝫ silitudinibꝫ. ad oīdēdū quid nos oporteat facere p̄usqz ad dei amoꝛē pfecte veniamus. Non enī sine medio de impfecto ad pfectū trāsire valemꝰ/ nec subito ḋs z repente sit summꝰ z in virtutibꝫ pfectꝰ. sed acqritur ipsa/ in silitudie opatōis naturalis. que pcedit ab imperfecto ad pfectū. Ignis enī vt videmꝰ p fumū incipit. post hoc est flāma cū fumo. deide ignis purus z clarus z lucidꝰ in carbone. Silr granū in terra seminatū p̄io putrescit scō germinat. postea se leuat extra terrā crescitqz vsqz ad maturitatē. Et planta trāsplantanda in terra sterili existēs/ p̄io eradicabit. scō replantabitur z erit tanqꝫ mortua. postea viridescit z in altū succrescit. Suo mō est videre in alijs naturalibus p totū. ¶ Pariformiter volens viuere in vita contēplatiua. in suo initio non potest habere pfectōem. quin potiꝰ oporteꝛ eū p̄iꝰ emittere fumū displicētie de vita sua ꝓterita z eū flere amare et seipm turbare sine magna cōsolatiōe. postea veniet flamma amoꝛis cum fumo tali. postremo amoꝛ purus sine fumo. In statu p̄imo/ mortificabit vita carnalis ꝓterita. in scō germinabit altiꝰ extra terraz. in tertio fructus erit pfectꝰ. Sili mō in similitudine plante eradicabit talis de terra mala z sterilivite mūdane. quod fiet cū pena mgna z laboꝛe. postea replantabit vbi adhuc leuiter sustinebit grauitates. vltimate vero erit radicata fortiter z pfecta. afferetqz fructū multū. Tres status istos cōuenienter quidā assignauit dicens qꝫ in primo aliquis languet amoꝛe. in scō nutrit. in tertio autē viuit amoꝛe. sicut patebit manifestius in sequentibus.

¶B Capitulum. XVII.

Quō dz incipi a laboꝛe vite actiue vita cōRimꝰ gradꝰ ptinēs ad (tēplatiā. Postatū incipientiū z ipfectoꝝ ē humilis ꝓfessio. penitētia mediante q̄ ḋs i se amoꝛē mūdanū cū desideriꝭ praui/ mortificat silr z motꝰ illicitos z ꝓsuetudines malas. hec carnē castigat z domat ne rebellet aīe. sz ei sit subiecta. qō facit p ieiuniū. vigilias z abstinētiaz. afflictōes. lacrimas. gemitꝰ z suspiria crebra. ac eē p coꝛpalē exercitatōz seu laboꝛē fm statū suū. ¶ Qui ei añ pñiaz talē aut sine laboꝛe hmōi repēte vellet vti pfecta vita ꝓtēplatiua/ hic seduceret. et cōparet volētiꝫ no saltu. mōtem altum cōscendere. Ideo dicit beatus

Greg. alijq̄ sancti. q̄ vita actiua q̄ sita est in laboribꝫ t afflictoibꝫ corpalibꝫ dz assumi ante contēplatiuā tanq̄ aptās viā pro illa. De quo habem⁹ figurā in iacob qui seruiuit p rachel repñtante vitā contēplatiuā. prius tamē ei supponebāt lya ei⁹ soror p quā vita actiua designat. Ex q̄ trahitur q̄ iuuenes pleni adhuc carnalibꝫ tēptatioibꝫ t vicijs t etiā magni pctōres. qui multū temporis vite sue/male viuēdo dedu xerūt. non possunt nec debēt subito se tradere ex toto ad pfectioēm contēplatōnis. Quare? Propterea. cū ei crederēt cogitare de deo t puras habere oōes in secreto t ocio. citius ipsi tūc cogitarēt t abundāti⁹ ad malas suas inclinatōes/t peiores effi cerētur. Et seneca in hac intētiōe dissuadet ne q̄s solus lōgo tpe demoret. Et oēs sancti t pbi ꝓpter cām hanc ociositatē reprehendūt. Nihilomin⁹ ipsemet seneca et ceteri sancti/laudāt solitudinē t ociositatem ad liberi⁹ deo seruiendū. sicut fecerūt sancti heremite t alij plures religiosi boni. Dz diuersitas ista fm diuersitatē psonarū est attendēda t mores varios eorum quēadmodū in gradu scdo declarabo.

Capitulum. XVIII.

Gratia singlaris aliq̄bus collata/ab oib⁹ non est imitanda.

Quibusdā ex grā dei speciali collatū fuit. vt in iuuētute sua/solitudini t solitarie habitatōni seipos traderent. quēadmodū sctūs bñdict⁹ legit fecisse. Ip se tamē in regula sua/p se illō nō ꝓsulit. Sicut etiā faciunt alij heremite t doctores. p suadētes ne q̄s illud audeat attētare t aggredi. quia grā vna singlaris alicui donata/nō est oīno trahenda ad cōsequentiam seu nō oīmib⁹ imitāda. Et qui q̄q̄ oppositū ausi sunt facere. s. q̄rere solitudinez t ociositatē sine p̄cedente labore t prouia bona instructiōe ac consuetudine ꝓuersatōis int' societatē/miserabil'r sunt defraudati. Ratio, volare ei nisi sunt anteq̄ eēnt alati. t cōgredi bellū cū inimico immanissimo/ꝑ⁹q̄ alios miores debellassent aduersarios scz mundū t carnē. Et iō nō magnā habeo fiduciā in quosdā nostri tēporis heremitas se dicētes magnū afferre pfectū sibiipis. Nō t sentiendū puto de feminis in reduxorijs positis. Scit' vos ipse sorores mee dilecte/quā necessitatem sustinuistis vsq̄ huc esse i labore magno: (t forte adhuc ex vobis aliq̄ tali indigēt) anteq̄ potuissetis vos tenere in secreto et solitarias. t vos tradere oīno ad cogitandū de deo. in silitudine heremitarū t reclusarū. Habem⁹ enī t reclusoriū nō solum in nemoribus locisq̄ desertis positum. sed vbicūq̄ pñt haberi vel exerceri ad declinandū mundū seu euitandū ei⁹ tumultum cū oīmib⁹ suis occupatoibꝫ t solicitudinibus. Propter ista igit videt in religionibꝫ bene ordinatis t institutis nouitios t nouellos oneratos fortiter in addiscendo/ magnū habere seruitiū in laboribus t vigilijs. ieiunijs t clamoribꝫ t cantibus. ad remouēdū p ista/cogitatōnes. q̄s ad alia solitarij existētes possent habere. Sed tamē aliqui bñ expti in talibꝫ penitentijs. et scientes tentatōes/ cogitatiōes prauas carnales deuincere. habēt de spacio ampliori essendi in solitudine t absq̄ labore. Unde accidit aliquos talis existere complexionis tā fortis t dure nature ad vincendū domandūq̄ cum labore tentatōes suas/q̄ inhabiles sunt ad perfectōnem contēplatiōis. sed oportet eos continue occupari laboribꝫ vite actiue. Et reperiuntur tales multi tam clerici q̄ layci q̄s cognoui. Sicut e regione seu a contrario est inuenirī quosdam quibꝫ vita ipsa actiua est graue onus t mirabiliter p eam impediūtur. Etiā accidit q̄ aliq̄s sit talis et tam bene in sua naturali complexione ordinatus vel etiam ex gratia dei speciali q̄ plus vna die proficiet se tradens conuenienter ex toto contēplationi. q̄s faciet alius in toto anno. Nihilominus nō intendo/ q̄ quis taliter se applicet vni vite/q̄ se nō debeat aliquādo occupare in alia/vel pl⁹ vel minus fm tempus t fm hoc q̄ ei prodesse poterit. Nō enī debet se ita dare ad vitam actiuam quin interdū cogitare habebit ad deum suamq̄ cōscientiam emendādam/ad confitendū et ad penitentiam agendam. Et ex parte altera nō sit ita deditus contemplatiōi/quin aliquando etiam ei opus sit aliquid laborare. Et ideo semper in eadem persona Martha est necessaria cum Maria t maria cum martha vel plus vel minus vt dictum est. Talis tamē vsurpabit sibi nomen vite illius in cuius officijs plus et frequentius occupabitur.

Capitulum. xix.

In quo consistit pfectio vite contemplatiue. p similitudiē amoris mundani.

Congruū est aliqualiter declarare in quo consistat pfectio vite contemplatiue. anteq̄ ad vlteriora progrediar. Quamuis eīm antea dixerim amorē dei finē esse huius vite. sic possz dici (vt mihi videt) q̄ ipse finis sit et esse debet omniū opationū. qz p dei amore debet fieri et ordinari quicq̄d facimus. Propter q̄ istā cāz dicitur⁹ sū conditiones quasdā vite cōtemplatiue. Verū nō sufficienter nec quasi istas bene nouerim, sed de talib⁹ loquor sicut cecus de coloribus recitando q̄ sancti in suis tradiderunt scripturis. z hoc modicū q̄ sentire potui p lōgū tempus et experientiaz ac diligentiā z cū dei auxilio. reliquū committendo potioribus z in hac materia expertioribus. Et ad facilius apprehendendū ad qualez dei amorē pfectio vite contemplatiue queniat volo ostendere per eius ꝓtrarium scz mundanum amorem. Illum eīm multo melius cognoscim⁹. familiariorq̄z nobis existit q̄s diuinus. Respiciamus itaq̄z quid operetur talis amor mundanus in homine / profūde in tali capto. sicuti amor argenti amor honoris vel dignitatis aut male carualitatis. Certum est q̄ in tali / homo primo languet, ꝓpter desiderium id habendi q̄ solus amat sic fatue. Postea taliter stabilit suam mentem / totum cor et intellectuz in isto. q̄ nihil aliud valet cogitare q̄s id q̄ amat. in tantū q̄ sui obliuiscitur. pditq̄z oīem pudorem. nec est quicq̄s ipm valens retinere aut prohibere. non labor. nō vexatio. non piculuz. nec mors nec amicoꝝ cōsiliū. nec timor dei vel suoꝝ iudiciorum. Viue talis dormiat / de amato somniat. siue vigilet. de nulla re alia curat audire vel loqui vel auscultare. taliter q̄ pdit omnē rationē. efficiturq̄z tanq̄s fatuus aut ebrius vel furibundus. Nihil eīm est q̄ talem hominē retardare possz aut impedire a tali amore vel q̄ recusaret z euitarz facere homo talis / vt soluz ad hoc pertingeret ad q̄ ipm amor talis mundanus sic inflammat et vulnerat. Obliuiscitur etiam omne bonū presentis et piter vite future. in tantum vt si interdū eidem a casu loquitur quis de paradiso. inferno / aut morte. videtur sibi hoc somniuz vel vt fabula. Nec etiā / quamuis modicū intra se retinet aut recipit spūalez hmōi cogitationem. amor mundanus cito eam inde expellit qui inibi predominatur.

Capitulum xx.

Qualis sit amor dei quem contemplatiu⁹ debet habere.

Ad exemplum statim datum / cōsideremus pari modo q̄ amor dei si esset talis in aliquo q̄ faceret ipsuz ex toto seu omnino cōtemnere mūdum z eius obliuisci sicut mūdanus amor facit obliuisci deum. et q̄ esset ita fortis ac ardens sicq̄z radicatus in corde eius / q̄ nec possz nec sciret voluntarie z sua sponte seu libere / alibi cogitare. nec timeret ꝓcēptū seu nō curaret vituperia aut increpationes pfecutionū. nec etiā de ipsa morte metuit ꝓpter istum amorez dei scz et q̄ omnia visa z audita huius mūdi ad memoriam duceret. et viderētur sibi tanq̄z sōnium et quedam fabula z p nihilo reputaret respectu dei z glorie sue. Et breuiter iudicio mundi haberetur vt stultus z ebrius ideo q̄ ea tam modicuz q̄ huius mundi sūt curaret. et adhuc minus q̄s alijs de deo cura ē. vel paradiso scz qui in amore mūdi sunt absorpti quodāmodo. Tunc dico q̄ iste esset pfectus dei amor ad quē tendere debet aliquis p vitam contemplatiuam.

Et in statu talis amoris iam dicti / aliquis diceretur mortuus z crucifixus mundo. ꝓpter hoc q̄ nihil sit eū retinere valens z viueret deo. esseq̄z huius seculi vanitatibus dormiens et eternis bonis inuigilans haberq̄z sensus suos oīes sui corpis tanq̄s clausos dormiētes et obstructos ad omne q̄ fit per homines huius mundi. sed apertos gaudijs sanctorū et sancrarū. Et hoc est q̄ doctores sācti dicūt figuratū. vt cū moyses deo loqui voluisset nubem obscuram idem intrauit. repsentans volentē habere dei amorē introire oportere nubē obscuram. que eū obliuisci faciat nec videre nec capere ad mundū istum ptinentia. Et quō pōt adquiri amor iste hoc intēdo consequenter aliquo modo demonstrare. qz hic ē finis vite ꝓtēplatiue. z ꝙ illic p̄uenerit / iste iam ascendit ad montē vbi cū discipulis suis trib⁹ xp̄s se transfiguauit. Ille loquitur deo in figura moysi q̄ legez ipsaz recepit. Ille raptus est in spiritu vel

Ela

potius supra suū spm̄, ille habet cōuersationem suam in celis. ipe vivit amore. ipe feliciter ardet delectabiliter et placide sine fumi obscuritate. Dz beubeu q̄ paucis ista gratia aduenit z ad modicū temp̄us durat q̄diu quis degit in hoc exilio.

Capitulum XXI.

De secundo gradu ꝓtemplationis et duro ꝓflictu inibi existente.

Modo ad secūdū z tertiū gradus ducētes ad istā que dicta est ꝓtēplationē/accedamus. Postq̄ ꝑsona deuota in vita activa vsitata fuerit. z corpus suum/p p̄niam humilē in seruitutē spūs redegerit/ad minus saltē in maxima ꝑte/si nō ex toto. ac amor mundanus eidez displicuerit. licet eaz valde vexauerit. talis ꝑsona tunc erit tanq̄z languida. Nō em̄ vult recipere ꝓplacentias seu delectationes z ꝓsolatōnes quas habere possz ipius mūdi. nihilominus tamē adhuc non habet spūales placētias seu delectationes quas desiderat. Et ita sustinet feroces insultus sepi⁹ duros z graues causantes sibi penā mirabilē ad vincendū. et modicum vel nihil recipit consolationis. Vbi certe est fumus obscurus. multum offendēs sine igne. Hec ē eradicatio plāte alibi plātāde vbi adest grādis violētia. hec ē occisio mortificatioq̄ grani semiati. hoc est dicere de recessu vite p̄time ac carnalis. ad p̄ueniendū ad spūalem. Deu q̄ aspera via hec ē ad trāseundū z deuincendū. quaz multi incipiunt. sz cito victi/ ad ꝓsuetudines suas p̄istinas reuertunt. Alij aūt sepe cadunt. sepeq̄ seipos releuāt. sepe fugiunt z sepe reuertunt. sepe desperāt p̄uenire ꝓ se quo tendūt. z sepe spem reassumūt. Sepe dicūt sufficit nobis vt alij viuere sine b̄ q̄ ad altiora tendamus z sepe resumentes sibi cor p̄priā desidiā z tepiditatē redarguūt z ita in seipis durum faciūt cōflictuz grandēq̄ diuisionē. De quo: Certe voluptatis carnalis/cōtra spūalem amoris mundani cōtra diuinuz. Sed amor dei adhuc est valde modicus z debilis. mūdanus vo fortis z potens. repugnatq̄ fortiter ne nidū suū seu bospiciū q̄ habuit ab infantia in homie/perdat. Et q̄ plus molestat. ipse amor mūdi/ oculis cernitur corporis/z sētitur dulcis esse ad retinēdū. amarus vero ad p̄dendū. Amor aūt dei ecōtra nō videt z sentit durus ad adq̄rendū z dulcis ad dimittēdū. Ecce certe durū diuortiū seu p̄tio. sz in dei noie nil tam durū q̄ ꝓpta z bona voluntate q̄s nō posset exuperare et vincere p diligentem laborē z spem bonā in futuro melius habendi. fm sponsiones affirmatōesq̄/ q̄s tam recipit ex sacris scripturis q̄ p istos q̄ hoc pedagium seu viā istā p̄currerūt exepti omnino z ꝓbati in malo de hinc in bono. q̄bus merito fidem nostraz firmiter tradere debemus.

Capitulum XXII.

In quali statu/est cōtemplatiuus in secundo gradu cōtemplationis.

Post hoc duellū z hunc languorem/incipit quis ꝓualescere melius q̄z habere. Non enī tam graviter et difficulter portat carere amore mundano q̄ antea. q̄z q̄ adhuc nō recipiat magnā placentiā seu cōsolationez z delectationē in amore diuino ad quē tendit. Habet antē se tanq̄ inter duos status: non omnino nec ex toto mortuus mundo nec etiā totaliter viuēs deo. Et ibi in statu tali/ pōt dici mori amore. Nō enī sentit vt antea/ dolores salutaris sue infirmitatis/ q̄s senserat mortificando vitā suā carnalē. Sed etiam adhuc nō est viuificata seu resuscitata/ad recipiendū ꝓsolatōnē amoris spūalis. Et in tali statu/ pōt ascēdere in secūdo gradu scale ꝓtemplationis/ quē appello locū secretū z silētiū. q̄uis enī antea poterat q̄is locū q̄rere secretū z solitariuz ad exorandū deuz/et de sua cogitare salute nō tamē erat securū se illic totaliter tradere frequētius/ p̄pt̄ causas supius assignatas. Sed hic pōt se audacius exponere ad solꝰ manēdū z niti ad adq̄rendū vite ꝓtemplatiue p̄fectionē. se figendo in amore diuino taliter q̄ sui obliuiscat ac alioz̄ auertendo oīno z ex toto/ anime sue vultū spiritalē ad spiritalia z auertendo eundē a materialibus nisi quantū tales ꝑsint ad amandū z adiuuāt ad ꝓgnoscēdū spiritalia. Et q̄ī isto statu videat/ viuaciterq̄ sentiat b̄ q̄ sapiens ecc̄s dic̄. Vanitas vanitatum et oīa vanitas. et q̄ nihil sit in quo se reponat nec delectationē accipiat aut ꝓsolationē. nisi in vltimo et optimo suo bono. in fine suo recto z felicitate q̄ est deus z se in illo ꝓtinuo moueat anbelet q̄ ad deū tanq̄ lāguida incendio amoris q̄ q̄z eū teneat. ad quē sic

tendit. quēadmodū lapis extra locū suū p̄ priū existēs tendit sup̄ terrā. q̄ locus est ex quo grauis ē. et ignis tēdit in altū. vtpote leue sursū quousq; ibi q̄uenerit.

Capitulū XXIII

De duob⁹ modis silentij ⁊ solitudinis.

Ecūdū statuū diuersitatē ⁊ ꝺditionū ⁊ varietatē hoīm/ p̄t q̄libz repire locū sibi secretū. vt inibi in pace quiescat ⁊ in silētio. Ueruz tñ est q̄ principale secretū ⁊ silentiū haberi debz ad intra in aīa magis q̄ ab extra hoc ē q̄ aīma excludat a se ⁊ habitatōe sua oēm curā humanā mūdanā. oēmq; cogitatiōez vanā vel nociuā. ⁊ q̄cūq; eā impedire p̄ñt ad illuc q̄uenīēdū quo tendit. Accidit enī q̄ aliq̄s sepe corꝑe sol⁹ sit ab homīb⁹ segregat⁹. nihilomin⁹ tñ p̄ fantasias cogitationes ⁊ melācolias patit ⁊ suffert grauissimā onerosamq; societatē in semetipso. que fantasmata/ generāt sibi varios tumult⁹ et magnas collocutōes seu garrulatōes corā sui intellect⁹ oculis adducētes mō vnū p⁹ reliquū. inducētes eū nūc ad coq̄nā. nunc ad fo⁹ adducētes ei inde delectatōes īmūdas carnales. mōstrātes sibi/ mō choreas/ pulcritudies/ cātilenas ⁊ hmōi vanitates. trahēdo ad malū ⁊ pcīm. Quēadmodū cōfitet beat⁹ hieronym⁹ de seipso humiliter q̄ cū erat absq; societate q̄libet in deserto/ p̄t bestiaꝝ siluestriū ⁊ scorpionū/ erat nihilomin⁹ sepe cogitatōne scz in chorcis ⁊ in societate dominaꝝ rome. Fātasie etiā tales/ faciēt aīaz solā existentē/ irasci ⁊ litigare ad alterū absentē tanq̄ p̄ñs sit ⁊ iniuriari. postea ipa ꝓputabit argētū ⁊ mercabit. ꝓpozitās thesaurū validū. interdū ibi transuadabit mare p̄ suas optatōes ⁊ desideria. Hūc p̄uolabit terrā. mō erit in magnis dignitatib⁹. Et sic breuiter de ꝓsilib⁹ fantasmatib⁹ ⁊ fatuitatib⁹ sine numero. Aia vo talis ibi nō est in secreto nec in solitudīe/ q̄uis sola sit ab extra. Nec certe aīa deuota/ ꝓtemplationi vacās/ sola est. q⁹ nūq̄ min⁹ sola ē nisi q̄n ipa sola ē. Sed istaꝝ solitudinū duarū absentia inter se multuz differt. Aia enī deuota ꝓtēplatiua nō est sola. q⁹ existit in societate optima vtili ⁊ delectabili. s. cū deo ⁊ sanctis ei⁹ p̄ sancta desideria. deuotas sanctas q̄ cogitatōnes. Alia aūt vtiq̄ societate valde damnosa vel saltem ei nihil pficua/ aīa scz ita inutiliter mēte vagabūda.

Capitulū XXIIII.

De materiali secreto.

Erū est tñ/ q̄ ad hñdū secretum ac silentiū ab intra in aīa ꝑdest q̄rere secretū ⁊ silentiū ad extra. saltē mediocrit. si nō ex toto. Et marie istis pficuū est/ q̄ nōdū vsum habēt nec sciūt seipos retrahere intra semetipsos cū ab extra societati sunt ꝓiūcti. q̄ō pfectionis est ⁊ fortissimū. nec adq̄rit tale/ nisi per longā bonāq; ꝓsuetudinē. Aliq̄b⁹ delectabilior est loc⁹ secret⁹ nemoris aut deserti Alijs aūt sufficiūt secreta cāpoꝝ. Alijs eccl'iaꝝ. aut certe suaꝝ domoꝝ. talit inibi se collocātes nevideāt alios nec ab alijs ipi videant. aut q⁹ nō est ibi aliq̄s alter hō. vel sic se ꝓtinēt ⁊ ordināt ad modum heremite. Uñ arseni⁹ eccl'iam ingressus. retro pilare vnū vbi neminē videret. nec videret a q̄q̄ solit⁹ erat se locare. Aliq̄b⁹ son⁹ q̄ntulūcūq; etiā modic⁹ siue homis siue auicule siue cātus aut et iā locutōis. p̄stat impedimētū siue ꝓtēplatōis. Alijs q̄busdā cāt⁹ eccl'ie sepi⁹ nō modicū p̄stat auxiliū cogitādi ad ea q̄ cupiūt. q̄re ipm libēter audiūt. Talit beat⁹ aug. de seipo cōfitet quō audiēdo modulationē psalmoꝝ aut hymnoꝝ eccl'ie in sue cōuersionis initio lachrymis rigabat et cordi suo veritas infundebat ⁊ ei multū bñ fuerat p̄ tūc. Et ꝓter diuersitatē talē generalis regula ad sciēdū q̄s loc⁹ ad secretū q̄rendū aptior esset/ dari nō p̄t. sz q̄rat hunc q̄libz ſm gr̄az a deo sibi traditā. ⁊ etiam ſm statū ei cōuenientē in q̄ fuerit. quez p̄t ꝓtinuare. aut in q̄ seipm poterit exercitare/ sine nota erga alios q̄b⁹ ꝓuiuit vel singularitatis vane gl'ie aut etiā ipocrisis Poterit ei esse aliq̄s de statu tali aut in vita tali/ q̄ eccl'iā sepi⁹ visitare nō habebit. vel a tali nimis distabit. Breuiter ergo loq̄ndo. ad hñdū leui⁹. assuescēdum est in ꝓpria domo/ aut in sua camera si talis sola haberi poterit. aut alicubi intra eā. Et ad h̄ consequendū/ multū faciet cōsuetudo ei aut cōplacētia ⁊ delectatio ibidem recepta. Nouī mulierculā/ cā infirmitatis coactā se in q̄dā camera p̄ tps nō breue cōtinere. q̄daz vice mihi loquēs. Nescio q̄d faciā (inq̄t) cuz p̄didero hāc camerulā. nō est enī mihi loc⁹ ali⁹ ad cogitāduz deū. ⁊ ad meipam/ ita bñ cōueniēs sicut iste. Nec opter sp attendere q̄ habeat talis secreta solitudo aut etiaz

secretus locꝰ determiatꝰ, sed vbicūqꝫ fuerit siue in cāpis siue in villis/ siue in balneo (quēadmodū tradidit chrysostꝰ) ibi solum se bō pōt recolligere ꝛ a mūdo subtrabere. Et, pdest sepe diuersitas ꝛ loci mutatio ad delectatōez ꝛ recreatōez quam aliqꝫ sic pōt accipere. ¶ Nocturnū aūt tempꝰ ad hoc cō ueniētius est. qz quietꝰ ꝛ magis pacificuz absqꝫ tētationib vane glorie mūdi.

Capitulum. xxv.

Quomodo corpus contēplatiui debet ordinari ꝛ de impedimētis aduenientib.

DOcet doctor quidā eximiꝰ guilhelmus/ olim pisiēn. eps q corporis debita ordinatio/ multuz prodest ad firmā cogitatōez alicuiꝰ rei bñdā. Et qlibet corpꝰ suū in tali situat dispositōe/ quā sibi magis nouerit delectabilē ꝛ expedientē. siue hoc sit geniculādo. siue stādo. siue sedēdo. inclinādo appodiādo. siue etiā iacēdo. Et est hoc intelligēdū cū quis solꝰ exiterit. poterit enī tūc sine singularitate id agere. In ecclia enī oportet se alijs ꝛformare. Subdit enī sn̄aliter q ei videt modꝰ iste bonꝰ esse ꝛ pficuus. q sc̄ꝫ rectū teneat supra brachiū sinistrū inclinādo. Credo bū hocipm experientia accepisse. ¶ Scio ꝛ aliū/ cui nulla dispositio ꝛ corporis ordinatio/ maꝰ pstat auxiliū: sicut sedendo inclinat supra dorsuz ꝛ q̄si iaceat/ vultū versum tenēs ad celū aut terrā. Alii quib placet ire ꝛ redire. qō interdū pōt esse proficuū, p recreatōe aliquātula. Sed ꝛtinue ꝛ sepe hoc agere/ puto ḋeri aīe non modicū forꝫ impedimētū. q tū ḋes sup oīa debet inq̄ri ad ptingēdū ad hoc de q nr̄a ē locutio. Nec frustra dicit aresto. anima sedendo ꝛ quiescēdo sapiēs efficit. ¶ Sed exq̄ aliqui/ spūs bñt ita leues ꝛ mobiles/ ac ita ad mūdialia opa inclinatos/ q eis eēt parus infernꝰ/ esse sine societate vel se in loco vno fixos ꝛtinere q̄uis etiā bñ ad modicū tempꝰ? ideo hmōi/ modicū vel nihil pficiunt ad vitā ꝛtēplatiuā. imo ipis est meliꝰ eā dimittere ꝛ se tradere actiue. nisi tales cōditiones p violentiā ꝛsuetudinis possent q̄ꝫq̄ deuincere. Nihil est enī qō p laborez ꝛ diligentiā nō possit superari. ¶ Sūt ꝛ alij qui statim tētāt blasphemijs ꝛ alijs vicijs ita horribilit q vix sustinere valēt. exinde incidētes interdū in frenesim. aut extra bonam fidē. efficiunt q̄ꝫq̄ etiā melācolici tristes et iracūdi. oīaq̄ ipis dispicēt. Agnoscūtq̄ tales p experientiā q eis sit multo meliꝰ esse in societate ꝛ labore exteriori. qz tunc talia nō cogitāt q̄ eos sic turbare possent. Et isti sil'r nō valēt ad ꝛtēplatōez nisi ex gr̄a spēali. vel saltē ipa est eis durissima ꝛ periculosissima. ¶ Sūt itē alij aut p naturā vel gr̄az aut p ista ambo simul/ amātes solitudinē. solicitiq̄ de sua salute. desiderātes agnoscere deū ac spūalia ista adamare. Non habēt etiam nimis fortes vehemētesq̄ carnales motus q̄s vincere nō valerēt. Isti habiles sunt ad tradēdū se vite ꝛtēplatiue ꝛ spēaliter hñtes corꝫ dulce ac tenerū ad deuotōem flexibile. Difficile est enī corꝫ duꝝ ad bonū pertingere q̄ male habebit in nouissimo. ¶ Et accidit ptingere aliquē paulati ascēdendo ab actiua vita vsq̄ ad gradū sūmuz ꝛtēplatiue. q̄ tū postea reuertet descēderetq̄ ad actiuā. Qō ptingere pōt in casib duobus. vel p negligētiā ꝛ fictionē. aut certe p abūdantiā virtutis. tali mō q p suo libito vtatur vna vita sine alterꝰ impedimento. Vel ꝑm suū officiū. Et statū talem bñ decet plātos. sic q sint vite ꝛtēplatiue ita pfecti ꝛ in tali radicati q descēdere possint ad actiuā. nō tamē descēdo oīno ꝛtēplatiuā. Quēadmodū angeli ad nostrā custodiam deputati hic inferiꝰ/ ꝛtēplant semp videntes faciē dei patris qui in celis est.

Capitulum. xxvi

Disputatio quomō vita ꝛtemplatiua prosit/ in primo sibipi.

PRopter tria motiua/ seu rōnes tres inter alias. quidā mirant q aliquis se tradit vite ꝛtēplatiue Prima. qz ꝛtēplatiui/ nō nisi sibipis proficiūt. Secōa qz videt eis q ꝛtēplatiui nimis velint inḋrere ꝛ sapere atq̄ nimis alte volare. Tertia est. cū multi sint decepti exinde ꝛ effecti fatui ꝛ melancolici. ¶ Ad q̄s rōnes tres (si saltē rōes dicēde sunt) breuiter ꝛ manifeste rñdebo. sancti enī doctores de materia tali abūdāriꝰ subtilius pfundiq̄ loquūtur. ¶ Ad primā ratōez respōdeo q aliq̄s vite ꝛtēplatiue sibipi pficit/ multo plus atq̄ diuiniꝰ. placetq̄ ampliꝰ deo/ q̄ꝫ p vitā actiuaz. qō satis est. Nihil est enī post deū/ a me plus diligēdū q̄ꝫ egomet. et plus etiā q̄ꝫ totū residuū mūdi. ideo p̄diligendū est mihi placere deo. istāq̄ vitā acceptare q̄ sibi acceptioꝛ fieri possuz ꝛ potiꝰ q̄ꝫ

habere modicū meriti. vel forte vt aliū lucrifacerē eū saluando, mei aūt detrimentū paterer me ꝓdēnando. Et est ħ intelligendum ceteris paribꝫ. ꝛ ꝙ aliquis tam libere posset vti vna vita sicut ꝛ altera. Quod dico ꝓpter publicos officiales ꝛ ꝓlatos. ꝛ habentes alias dignitates ipos obligātes vite actiue intēdere. quēadmodū sunt etiam mulieres maritate pueros habētes ꝛ familiam gubernātes aut obligati suis seruire parentibꝫ. Si enī hmōi ꝓ tūc se tradere vellent ꝙtēplationi/ipi se dānarent ꝓpter obligationē qua ligati sunt ad alijs ꝓficiendū esset ꝙ vna mala tentatio ꝛ piculosa vni tali vt dictū est/ꝙ sibi delectabili⁹ esset sp intēdere ꝙtēplationi. negligēdo aut postponendo ħ qō facere teneret. Et esset ꝓpt hoc damnosus ꝛ noceret subditis ꝛ reipublice De tali esset bñ ꝙgrendū ꝛ sabbatū ꝙtēplationis sue deridēdū. Sed aliter ē de nō obligato ad seruiēdū alijs ꝓpter officiū qō bz: vel nō neglecto qō facere alijs teneꝫ.

Capitulū XXVII

De profectu quē ꝙtēplatiui alijs afferunt.

Consequenter ostendo ꝙ psona ꝙtēplatiua/multū etiā ꝓdest alteri. Primo q⁹ dat exemplū bone vite. ꝓdicatq; facto ꝛ opere/deū sup oīa diligendū: ꝛ ꝙ reliqua oīa sunt vanitas nec curanda. Et hec nō est modica doctrina. imo de tāto ꝑualet quāto opa plus ꝙprobant esse sine fictione q̄ verba. Itē ꝙtēplatiui p deuotas suas oratōes omnibꝫ alijs ꝓsunt. Et accidit sepi⁹ ꝙ propter eoꝝ merita/de⁹ faciet quibusdā mediantibꝫ mūdanis licet etiam mali sint tales quoddā maximū bonū. puta pacē/alicui⁹ regni vel cōsimile. q⁹ nihil possum⁹ sine gr̄a dei speciali. quā cit⁹ boni ꝙtemplatiui impetrant a deo/q̄ actiui. Et sunt ipi tanq̄ oculi corpis/illuminantes ꝛ dirigentes oēs opatōnes factas p mēbra cetera. Et si oculi nō laborāt sicut man⁹ ꝛ pedes nō dicere oꝑter p tanto ꝙ in nullis seruiant nisi ipīsmet. Tales enī cōtemplatiui/ordinati sunt/ad referendū deo ꝛ dirigendū omniū alioꝝ opera/non ita in spūalibꝫ illuminatorum seu subleuatoꝝ/ꝙ ipsi scirent aut possent/semper omne quod faciunt ad deum ordinare tanq̄ in finem. Non dico ꝙ in casu necessitatis/persona non debeat dimittere suam cōtemplationē/ad succurrendum alterius necessitati. Sed quis possit vtrāq; vitam tenere insimul perfecte hic esset melior. quēadmodū teneo beatū gregoꝝ. ac sanctuꝫ Bernar. ꝛ ceteros fecisse. Et qui bene ꝓpenderet qualis excellentia sit anime ꝛ bonoꝝ spiritualiū/erga corpus ꝛ bona temporalia. hic clare cognosceret/ꝙ plus ꝑdest toti ecclesie/oratio deuota vnius cōtemplatiui/q̄ faciunt centū ꝛ centuꝫ vitam actiuā ducentes. ad succurrendum aliorum necessitatibꝫ corporalibꝫ. Et multo plus ꝓsunt/q̄ se in mundo occupantes non vt alijs subueniant. sed ꝓ suo ꝓprio ꝙmodo laborantes ꝛ sepe in damnū alijs.

Igitur dico/ꝙ si aliquis spūssancti instinctu senserit se inclinatū ꝛ cōmotum ad vitam cōtemplatiuā sectandā/ꝛ hoc ꝙgnouerit. talis sine vituperio vite actiue poterit abrenūciare. imo faciet hoc cum laude magna ꝓmiūq; non modicuꝫ inde acceꝑturus. Nisi forte per contrariū aliquis a suo ꝓlato obligaret⁹ obedire ad publicuꝫ officium exercendū. vel etiam in casu vltime aut vrgentis necessitatis sicut dictū est Urgentem autē necessitatē voco. quando verisimiliter aliqui perire possent/nisi per talem eis subueniretur.

Capitulū XXVIII

Nō non est sup̄bia tendere ad vitam cōtemplatiuam vt quidam putabant ostendit per exemplum.

Nec est dicendū quātū ad scōam ratōeꝫ añ dictā/ꝙ tendens ad finē ꝙtēplatōis quē sup̄er⁹ declarauī. hoc ē ad amandū deū summe ex toto corde/ꝙ talis tēdat nimis in altū. aut ꝓsūptuose agat. imo aliq̄s apt⁹ ad hoc faciēdū et gr̄aꝫ talē a deo cōsecut⁹/deficeret ꝛ min⁹ bene ageret (vt videt) si dei dono nō vteret Et spēaliť ecclīastici ꝛ religiosi. quoꝝ vita ad hoc ordinata est. oīno se dare debent ad vitā hanc/pot⁹ q̄ ad aliā. Sil'r ꝛ clerici. p cipue q̄ꝫ theologi. aut certe eoꝝ scia nō iaꝫ eis auxiliabiť sꝫ inde inflabunť. efficiūq; vani/vāni ꝛ sup̄bi. Ꝓꝫ p sil'e exēplū ad oculū. Erit in regis curia fruitor q̄daꝫ cocq̄ ne cui rex talē dabit gr̄aꝫ/vt pote facere eidē volēs suū camerariū. q⁹ iudicat ipm ad hoc sufficiētē ꝛ sic placet sibi Nulli dubiū ꝙ si ꝑdict⁹ famul⁹ hoc refutat cā sue pigritie aut ꝓpter fictionē cordis aut ingluuieꝫ seu gulositatē/ dicens se malle permanere

cōtinue in coēna i officio scz sordido prio ri. ipe vtiq; erit crimi abilis z reprehēsibilis. Silr qui pōt famulari deo in statu excellē ti/erit dānabilis si se occupare sp̄ voluerit in minoribꝫ. nec excusabit humilitate sed imputabit cordis sui fictioni aut repiditati. ¶ Hec dico qn deficiūt z errāt/qui in cō templatōe sua/nimis volūt inqrere. Sūme enī talibꝫ necessaria humilitas est. que custos est z nutrix ipius caritatis.

¶ Capitulum.xxix

De excellētia ꝓtēplatiui/sup̄ actiuos.

qui te talem o Maria genuere parentes. O vere felix Joseph sponsus tu⁹ virginalis. qui tui custos cum puero Jesu fidelis sedulus prudens atq; carissim⁹. audire videreq; te cū filio/tanto tempore dign⁹ fuit ¶ Magister. Credidi ꝓpter quod locut⁹ sum. Propterea iam istos. non beatificare nequeo neq; sufficio. quos o beata. tibi feceris. esse deuotos. quos traxeris te. post q; Jesum benedictū fructū ventris tui. in odorem vnguentorum tuor. Quo modo nō bti q̄bvvbera caritatis lactanda. quib⁹ os pietatis osculādū/non dedignata fuer⁹ osteudere? Ergo iam oleum effusus nomē tuum. Ergo tu fons hortorū. ad emundationem simul ⁊ recreationē. cum delectatōne mirabili mundo datus. Tu puteus sa/lietatis aque viue salientis in vitaz eternā Puteus aquarum que fluūt impetu de ly/bano candido paradisi. Tu hort⁹ consit⁹ omni genere tam arborū q̄s areolis aromatū. Tu iam coronata triumphas de capite amana. id est turbulenti. de vertice sanir ⁊ hermon fetoris ⁊ anathematizationis. ō cubilibus leonū. de montibus pardor. scilicet tirannide superbor damnator q̄ luna mutabilitatis. sunt sub pedib⁹ tuis ad calcandum. Porro sexaginta sunt regine. ⁊ octoginta concubine ⁊ adolescentularuz non est numer⁹. ſm varios animaz grad⁹ Una tamen colūba perfecta. quā viderūt filie ꝑ adoptōnem. ⁊ beatissimā predicauerūt regine. que suis dñantur affectibus. et concubine querentes concupiscētie remunerationem. per filiorum boni operis generationem. Laudauerūt te. quia beatam te dicent omnes generatiões. Quā pulcra es ⁊ q̄s decora carissima in delitijs. Ez cui carissima in delitijs? Illi nempe. cuius delitie sunt esse cum filijs hominum. Statura tua assimilata est palme triūphali. ⁊ vbera tua botrus vinee germinantis. virgines id est virginales affectiones. ⁊ sobria ebrietate debriantis vsq; ad sanā insaniam apōstulos secli. vsq; ad denudationē per voluntariaz paupertatem. Tu delitijs affluēs tota dilecto supinniteris. dicens vocē plenam. sensib⁹ inexplicabilib⁹. Ego dilecto meo. ⁊ dilectus meus mihi ¶ Discipulus Eya magister. euge euge. quid nos agim⁹ obsecro. cantica canticorū exponendo. cū canticuz Marie susceperam⁹. Et ecce nūc in laudes erūpimus. nunc obsecrationes interserimus. ad quas titubat animus. ad quas hac illacq; defluit oratio mentis. incerto pede. lingua balba. vagis oculis. gestu vario. quasi fabulando seu frenesiando. nos babemus. immo verius nos babemur rapimur distrahimur. nescio quo spiritu. quem nescimus. vnde veniat aut q̄ vadat. ¶ Magister. Valet frater. Quid si nos introduxerit. ista quam loquimur beata/in cellaria regis in cellam vinariam cuius est modo dauigera. Quid stupes/ quid miraris si sobriam biberimus ebrietatem spiritus? Quid si datum fuerit accedere primus. o serenissimas voces amoris audire profundius. Totus ipe gestio me. quem iam non capio considerare. qō vtriq; continget/quādo dicere fas est vnicuiq; nostrum. Anima mea liquefacta est vt dilectus locutus est. Fulcite me floribus. stipate me malis. quia amore eius langueo. Leua eius sub capite meo. ⁊ dextera illius amplexabit me ¶ Discipulus. Cessemus iam. cessemus sperare talia. qualia amantes. sibi somnia fingūt. ⁊ ad incepta reuertamur. ¶ Magister. Que cepta? ¶ Discipulus. O quelo non meministi? Cur inquiris? Intremus elucidationem cantici beatissime ⁊ pulcerrime mulieris cum epithalamio Salomonis. ¶ Magister. Nimirum istic sumus. Neq; enim exigunt certū exposit̄onis ordinē. q̄ nullo sunt ordine cōtecta. vel coherentia. que preterea. nō vnitantū affectui sunt accōmoda. sed innumeros. verbuz quodlibet affectus. eructat. p audientiū qualitate. Exponeſi potes duz egrotus assiduis suspirijs plangens ⁊ singultus ex imo pectore. anheloq; spū repetit. ba. ba. ba. quid tibi significet ista vox plangorosa. ¶ Discipul⁹. Donat⁹ respōdet dicens. interiectionē esse ptem orōnis significātis mentis affectū. voce incognita. Quid aūt postulas vocem me incognitā exponere cognoscendā? ¶ Mgr. Non pdidit opam ⁊ ipensam. q̄ te puez docuit. orōnis ptes. Tu nūc grādior effect⁹. ita cognoscito quēlibet amoris intimi ⁊ nō ficti vocē. prius incognitā. nō amanti. imo nec alienā cōptaz amāti. si nō q̄libet ꝺiectura. Exemplū de doloris interiectione. duz sanus egrotum audit ⁊ solari querit. Cui respōdet apō comicū talis aliq̄s. Facile cuz valem⁹. alijs ꝺsilia damus Tu si h̄ sis/aliter sentias ¶ Discipulus. Desperare doces.

elicere nunc hac nunc istac exultationes. p agitationem. concussionēq; studij vehemē tis. paucl'as emicātes scintillulas. put istas excessiui amoris hoc vel illud verbum inse rit ad aciem mentis pstringēs istaz ꝛ gerēs Aut vero sub alia similitudine. stude famī liaris esse vocibus amoris. in loco peregri nationis tue. non se adeo poterunt occulta re. q̄n familiari⁹ in te magis. et magis pdēt et intelligibilem. nunc hoc modo. nunc al tero manifestent. vel nutibus etiam se ꝛ ge stibus insinuent. Peregrinātes pariter in exemplū habe. cuius barbari sint. Puetos quoq; colludentes. necdum pfectis. resonā tes verbis qui quomodo se intelligere ⁊ sue scunt/imitari coneris. Deinde beatam et pulcerrimā mulieruz postulem⁹. vt nos illo respiciat pietatis. ꝛ amoris oculo/qua li respecta fuit a deo salutari suo. Aq̄ nos impetret respici. saltem vt amare flea mus exemplo petri. Respiciat terram cordis no stri ꝛ faciat eaz tremere. Et ab illo tremore suo concipiam⁹ spiritū salutis. qui in amo ris spiritum/aliquando transformetur. et hymnum tūc canamus cum alacritate cor dium Magnificat anima mea dominū Magister Irritas meum querendi studiū de plurimis. sz alioꝛsū me vocat (vt audis) occupatio domestica regularis Dies crasti nus/solicit⁹ erit in id ipsuz Discipl's. Et peditus me reperies ꝓpitius sit nobis deus

Sequitur Quart' tractatus per tragma seu dialogum de ma rie beatificatione. Per notulas. lxxxij.

Notula Prima.

Ece enim ex hoc beatam me di cent omnes generationes. Dis scipulus. Nonne cor nostruz ar dens erat in nobis hesterno col loquio. dum de canticis canticoruz marie simul ꝛ salomonis conq̄reremus quasi fa bulantes pegrini. necnō dilatata corde vi deremur anbelādo spiritū attrahere? Ma gister. Demini ꝛ visa est renouari vt aqui le iuuentus nostra senilis quodāmodo et cana in exteriori homine. sed interioꝛ reno natur de die in diem. si assit verbuz dei refi ciens ipsum. si iesus instar peregrini nec p inde cognitus se comitez coniūxerit. si ape ruerit sensum nobis vt intelligam⁹ scriptu ras. hymnoꝛum ꝛ maxime psalmoꝛ ꝛ can ticoꝛum. Si se talem exhibere dignabitur q̄ loquit' aie nr̄e. Surge ꝓpera amica mea colūba mea. formosa mea et veni Discipl's Si iam hyems congelationis spiritualis transeat. si gelicidiū toꝛporis. si imbris stil licidium assidue tēptationis abeat et recedat. si floꝛes pulcrioꝛ aspectuū appareant in terra coꝛdis nostri dante domino beni gnitatem. Si tempus putationis ꝛ rese cationis cure omnis superflue adueniat. si voꝛ turturis caste gementis ꝛ consolan tis luctu bono audiatur in terra sensualita tis nostre. conformantis se rationi vt con coꝛder philomene ꝛ alaude contemplatio nis alacris/turturis suspirium. Si ficus iam nō maledicta nec solis onusta verboꝛ foliis/ferat grossos suos in signū fructus post suauis. Demū si vince bonarum ope rationum. dent odoꝛem suū bone fame in vitam ꝛ letificationem dei ꝛ hominuz q̄d secuturuz sit o magister agnoscis Ma gister. Quenam anima frater est tam hes bes ꝛ gelida. que non ad vocem blandien tis amici. ver dilecti quem sequitur exper giscatur? Que non tota liquefiat. se iaz in in se non continēs ꝓpriis terminis deside rioꝛū. sed effluat in dilectū currat post vo cantē se ētis noibus? Surge inquit pro pera amica mea. Surge que male iacue ras. cum adolescēte perdito. propterea pa ternam adire misericordiā. vt accūbat sup collum tuum. deq; in accubitu tali. nar dus humilitatis tue. odoꝛem suum. vt iu re voceris amica. suscipiens pacis osculuz ꝛ speciosa recipiens primā in nocentie sto lam cum anulo fidei. Proinde facta colū ba. nidifices in foraminibus petre. in ca uernis macerie. Petra autē erat christus. Tu in figura clauoꝛū. in caverna lateris. vsq; ad patefactionē coꝛdis. fidei deuotio ne subintrans illic reponas sanctaz medi tationum pullos tuos. Ostēde dilecto pe tenti/faciem tuam. iam coloꝛe roseo deco rem ꝛ vernantem in aspersione sanguinis agni immaculati. Sonet voꝛ tua in auri bus dilecti. que dulcis sit in laude confes rens in iubilo. Deniq; sis vinea floꝛens. desideriis odoꝛiferis. ō qua vulpecule par vule intentionū dolosaz. diffugiant capte Surrepunt enim quandoq; suffodientes ad elationis precipicia. ꝛ vineas radicit⁹ demoliunt ꝛ coꝛrodūt. O si postmodū fas

habeat anima talis. iam facie decora. iam voce suauis, suspirabunda dicere. Dilect⁹ meus mihi ⁊ ego illi. qui pascitur inter lilia donec aspiret dies ⁊ inclinentur vmbre

¶A ¶ Discipulus. Quid vult hec interrupta ⁊ inexplicata penit⁹ locutio? ¶ Magister. Audisti iam voces amoris ideo nō perfici. quoniaz tot occurrūt anime desideria valida. q⁹ nequeunt simul erūpere. Cōfundunt se potius ⁊ opprimunt. Sentit amās. quicquid exprimere potest. nihil ad hoc quod optat satis est. Quare dat se magis intelligi per interruptōnes more interiectionum. ab imo pectoris. eructatas vel erutas. Solet inde patere taliter anhelantibus quorsum mittatur illud suspirium

¶ Discipulus. Da supplementū verboz istorum. Dilectus me⁹ mihi ⁊ ego illi. ¶ Magister. Quis arenulas maris. aut pluuie guttas dinumeret? Quis inscrutabilia scrutetur corda? Non facilius est id quod requiris. Nihilominus aliquid accipito. Dilect⁹ meus mihi intendit ⁊ ego illi. Dilectus meus mihi oculum amoris dirigit. oscalum porrigit. loquit. assentit. blandit. ⁊ ego illi Dilectus meus. mihi finis omnium desideriozum meozum. ⁊ oūm cogitationū ⁊ intentionū cordis. ⁊ operationis cuiuslibet seu motiōis cardo centrū est ⁊ axis ⁊ ego illi totum quod dat reddo. Dilectus meus mihi delitiosus est. amoroſus est. cōcordans est. suauis. est. benignus est. iocūdus est. delectabil' ē. Mihi oia est. Quippe cum quo sum vnum cor. vna anima. vnus spiritus. Ideo dilect⁹ meus mihi vnitur ⁊ ego illi. Dilectus meus se mihi dedit in precium in mortem. quomō nō omnia mihi secuz donauit?

¶B ¶ Discipulus. Quopacto dicitur se donare deus. qui nusq̄ abest. Qualiter est anima sibi finis desideriorum suozum vel operationū. qui propter seipm omnia operatus est sc̄m sapientē

¶ Magister. Docet angelica salutatio. modum donationis dei. Salutatur enim Maria per angelum. sic anima per spirit⁹ sancti aliquem instinctū. qui loquitur pacem ad conuersum cor. Mandat quoq̄ salutes. dicens anime secreto cordis silentio Salus tua ego sum. Et illud. Remittunt tibi peccata tua. Vade in pace. Non enim datur salutatio excōmunicatis. nec eis q̄rum presentiā horrescimus. Sic inuenit apud deū gratiā anīa. que per eū fit disposita ⁊ organizata suo modo. calore vitali gr̄e ad susceptionē domini. de quo ⁊ a quo. viuit anima non min⁹ q̄z disponit corpus organicū. per armoniā qualitatiuaruz dispositionū ad anime rationalis introductionē faciendam in corpore. Tunc audit anima domin⁹ recū. quia se dat ad nutū anime vt fruatur se. ⁊ alio quolibet vtatur in se ⁊ propter se. Vnde fit amoris illa reciproca donatio mirabilis. quo manet in caritate in deo ⁊ deus in eo. Dilectus meus mihi suple seipsum dat ⁊ ego illi seip̄m reddo ⁊ me ipsum cum eo cū quo iam vnū effecta sum. Et sic̄ in illa trinitate ineffabili p̄ dat filio spiritū. ⁊ filius patri reddit eundem spiritum. sic anima datuz sibi dilectū dat. ⁊ reddit seipsum sibi qui tribuit. vt sit ipse principium ⁊ finis omnium desideriozum vtriusq̄. Hanc dignationez amoris inestimabilez quia philosophi superbi non potuerunt nec voluerūt attendere. propterea nullas tales ad deum voces depromere curauerunt. Dilectus meus mihi ⁊ ego illi Fuerūt idcirco ab huiusmodi epithalamio marie ⁊ salomonis penit⁹ alieni ⁊ ad illud surdi. Quod attendens christus. exultauit in spiritu in illa hora. Confiteor tibi inquit pater domine celi ⁊ terre quia abscondisti hec sapientibus ⁊ prudentibz ⁊ revelasti ea parvulis. Ita pater. quia sic placitū est ante te. Non meritum cuiuscunq̄. ne quis glorietur in se. Unde si tale aliquid cecinit Maria dicēs. Deposuit potentes de sede ⁊ exaltauit humiles. ¶ Discipulus. Quātum intelligo. deus se dat in dono quod informat aīm ⁊ viuificat eā. reddēs deiformē ⁊ pulcram amabilem ⁊ desiderabilem. qui letatur in operibus suis. maxime in filijs hominum ¶ Sed cur anima dicit aliquādo. Dilectus me⁹ mihi. vt hec trāsferat. aliqū se ponēs ⁊ dicēs. ego dilecto meo. ¶L ¶ Magister. Dilecta ferr̄ in dilectū sm vim duplicē. apprehensiuā scz ⁊ motiuaz. Vis apprehensiua seu cognitiua. quodammodo trahit ad se ⁊ in se. suum obiectuz quod est verum. Sed conuersus est ordo virtutis motiue vel affective presertim dilective cuius obiectuz est bonū. quia tendit ⁊ extēdit se ad ipsum. Causam dat ph̄s. Verum inq̄t ē in aīa. sz bonū in reb⁹. Vnū bonū q̄d est appetibile aptū ip̄rimēdo se p cogniti-

onem. non enim velle possum? incognita Appetitus vero/quasi circulo quodam. redire conatur in appetibile. ⁊ se sibi dare: cōmunicare. vel imprimere. ℙropterea dicitur anima dū dilectum cogitat. ⁊ imaginez sui formal vel speciē: ꝙ sibi dilectus imprimitur. Dum vero diligit. ipa se dilecto dat ⁊ explicat. ⁊ ad ipm quasi foris egreditur.

¶ Discipulus. Quid ad rem nostram?

Magister. Multū per omnē modū. Hoc est illud misticū verbū spī de dilecto suo. ꝙ ingredi ⁊ egredi ⁊ pascua inueniet Hoc item aliud de moyse. qui minauit gregē ad interiora deserti. vbi vidit dominū in flamma rubi. Gregem intellige. totā cogitationū turbam. que ad interiora mentis colligitur. Est alter ordo dū Moyses vocatus a domino de nube caliginis exit ad ipsum sicut christus relicta turba ascēdit in montē Sic anima subintrans se ⁊ trahens ad se sponsum per cognitionē. dici potest pascere sponsum. Sic ipm habere in lecto pacifice mentis. ⁊ coangustate. ne sit locus adultero. Exiens vero per dilectionē ad spōsum trahitur ad sponsi palatium thalamū vel cubiculum. ¶ Discipulus. Quid postremo?

Magister. Siquidem in hac coniunctione. sponsi ⁊ sponse per dilectionem /consurgit delectatio. dum rursus imprimit se dilectus in dilectam. sugentē verba consolationis sue. Dicitur hinc delectatio quasi quedam lactatio. Hinc est fruitō complectans vniuersas beatitudinis partes. vt dotes. tentionem vel apprehensionem in hesiuam pro cognitione ⁊ dilectione pariter ⁊ delectatione. Sic fruitionem descripsit Augusti. ꝙ est amore inherere alicui rei ꝓpter se in qua mētis delectatio q̄escit. ¶ Discipulus. Dum rapit nos est? amoris/obliti sumus pene inq̄sitionem p̄mitus occurrentem super verbo tuo o btā btārū. Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Magister. Regredi licet quando volueris. ¶ Discipulus. Pulsat hec animum questio. qua ratōne potuit absq̄ spiritu iactantie. humilis ancilla domini / tam excelsum de se pferre preconiuz? Subit inde questio. quo nomine dignioi Maria nomietur. An beata/que cecinit. Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes? Subsequitur alia questio. quot modis Maria dicta sit beata? Magister. Conabor satisfacere quesitis bis. Et quidez de primo scieris animā Marie magnificasse dominū non solum. quia magnus in se est/ ⁊ magnus a creatura sua predicatur ⁊ colitur. sz etiam quia magnificam reddit animaz cui magna facit qui potens est. Nunquid parum tibi magnificata videtur Marie anima. que operationi supra modum magnifice fuit ausa prebere consensum dicens ad angelū. Fiat mihi scōm verbuz tuū. Quid est hoc/nisi fiam mater filij cuius pater est deus? Quid excelsius. quid sublimius vl' (vt alius vult) arroganti? poterit cogitari.

¶ Discipulus. Hoc mouet multos. quo modo stant simul/ ⁊ in vnū conueniūt/ tanta būilitas ecce ancilla domini/ cum tanta magnificentia fiat mihi scōm verbum tuū talis abiectio cum tali glia? Magister. Doceat nos phia si theologia parum est. conditiones magnifici. seu vim virtutis magnificentie. Magnificus vtiq̄. non de honore vel gloria curam habet. sed de operibus preclaris. que gloria digna sunt ⁊ honore. colit lucem. spernit vmbram. Gloria sua est sicut dicit apostol'. testimoniū conscientie sue. Non de alieno pendet iudicio cui modicū est si iudicet ab hominibus vl' ab homine aut ab humano die. Nam qui se iudicat dominus est. Fit humilis proinde in fuga glorie. fit magnanimus in operatione magnorū. cum dignitate meritoꝝ. Deniq̄ cum gloriatur. in domino gloriat Obseruat hoc magnifica nostra ⁊ magnificanda. que tota in dei gloriaz resudit beatitudinis sue famam. Quia fecit inquit mihi magna qui potens est. Non ergo mihi gloria. gloria sola sibi. Fuisti propterea virgo beata sicut angelus dei. vt nec benedictio te moueret nec maledictio. per elationis aut dei ectionis vitium. Que/ quo magis gloriam fugiebas/ eo magis te seq̄batur. sicut vmbra corpus. Esse bona. nō videri/ volebas. ¶ Discipulus. Magnificus/ magnorum dignus honorum. nunquid iniquos iudicat eos qui se spernunt

Magister. Plane sic iudicat. censeq̄ puniendos. non propter se/ sed propter iusticiam ⁊ alienam vtilitatem. At vero longe diuinus. dat fides cum gratia. magnificentiam cum humilitate coniungi. q̄ in nis phia. Dicit ex sententia. Nō nob dñe

Dignus ne nubic ꝓt

non nobis / sed nomini tuo da gloriam. Tibi gloria. nobis autem confusio / qui serui inutiles sumus. qui nihil habemus quod a te non accepimus'. qua tibi dona confitemur z reddimus. Volum⁹ vt ad locum vnde exeunt flumina gratiarū reuertantur. vt iterum fluant te donante. sis magnificus in sanctitate z gloria. ¶ Discipulus. Non est quod contradicam. dic de secunda questione. ¶ Magister. Enunciasse videtur prophetico spiritu plena / verbigena nostra / q̄ hoc nomen adiectiuū appropriate sibi z antonomatice daretur per omnes generationes. velut nomen epitheton desup sibi datum. sibi debitū. sibi placentissimū. necnon conuenientissimū iocundissimū z appropriatū. ¶ Dignare nos laudare te virgo sancta. o ter quaterq̄ beata. Beata primo que credidisti clamat Elizabeth. Beata secūdo quia gratia plena scōm Gabrielis salutationē. Beata tertio z benedicta. quia benedict⁹ fructus vētris tui. Beata quarto. quia fecit tibi magna qui potēs est. Beata quinto. quia mater domini. Beata sexto. quia fecūdata virginitatis honore. Beata septimo. quia nec primam similē visa es nec habere sequentem. ¶ Discipulus. Numerasti numeros beatitudinis sub quadam generali laude. quid censes si ad specialia descendam⁹? ¶ Magister. Descendam⁹ placet. Siceniz plenior dabitur intellect⁹ preconij quo beata dicitur per omnes generationes. Offertur animo triplex beatitudo. Una vie / per spem. altera patrie per rem. tertia quasi mediat inter spem z rem. inter viam z patriaz qualē habuit manifeste christus quez fuisse viatorē scōm animam. z comprehensorē scōm spiritū / nullus ambigit theologus ¶ Porro qualis sit beatitudo per spem et gratiam. norūt cōmuniter fideles christiani Qualis preterea sit beatitudo' glorie videmus nunc per speculuz in enigmate. credentes eam esse quaz nec oculus vidit nec auris audiuit. nec in cor hominis ascēdit Recogitata vero duplex hec beatitudo. viam aperit vt tertia quasi media citi⁹ cognoscatur. quia minor est q̄ glorie consummate. z maior q̄ solius spei z cōmunis gratie ¶ Hec abbor ret hec distinctio theologica / phisicā consideratione. que ponit virtutes primas politicas. secūdas purgatorias. tertias purgati animi. quas aristoteles vocat heroicas. Hec beatitudo que purgati animi. vel heroicalis excellentie dici potest / fuit in beata nostra dum viueret. super omnem purū hominez / sicut beata residet in patria super omnem angelicam potestatem. hoc est quea nullo vincitur illustriuz scōm Damascenū. Et iuxta hierachicam Dionysij legem / continet eminenter omnem perfectionem creaturarum tanq̄ inferiorum. vt iure dicatur Regina mundi et domina. Vis igit breui compendio Darie beatitudinē. notaz tibi fieri. da sibi per eminentiā quicquid in creaturis videris melius ipsum q̄ non ipm. Et si non formaliter tamen eminēter q̄ q̄ distāter a deo Et quoniā priceps fuit in via virtuq̄ beatitudinis vie scilicet n patrie ponem⁹ aliq̄s de conditionib⁹ beatitudinis eterne. p q̄s gradatim veniam⁹ ad petita vel ad pereuda. ¶ Discipulus. Expediēs iudico. nec audiendi tenebit mefastidiū. etiā si preco / gnita narraueris? ¶ Magister. Est beatitudo spirit⁹ que sepatur ab anima. id est a sensuali portione. Hec fuit in christo viatore. Hec in spiritib⁹ separatis viget. Habet nihilominus anima suam beatitudinē duz resumetur incorruptibile corpus a spiritu beato. Dicitur incorruptibile pro tollenda calūnia quaz vellēt aliqui struere de resuscitatis iustis / tempore passionis quorum spiritus statim in descēsu spirit⁹ christi in limbū patrū beatificati sunt. quando momordit christus infernū. saluādo spiritus istos p beatificā visionez. de qua latroni dictum est. Hodie mecū eris in paradiso. qui purgandū fortassis aliq̄d habebat. nisi priuilegium nouitatis. aduentus regis / ipsum sicut et alios multos. forsitan et omnes / tunc a purgatorio liberasset. Tales inq̄m spiritus beatificati. si corpus nō incorruptibile susceperunt. aut quia mortui sunt scōm quosdam / sequitur vnū mirabile q⁹ tales fuerūt cōprehensores in corpore mortali sicut christus. Sequitur etiam q̄ fuerunt bis mortui. sicut Lazarus cum statutum sit omnibus semel mori fm Apostolum. Respondent quia apostolus non negat quin pluries. At vero nulla sit ambiguitas de resurrectione nouissima. Sunt autem tres dotes spiritus beati. sit separatus aunt coniunctus. que sunt fruitio visio et tētio. Sūt q̄tuor ipius aie sēsitiue resūpto corpe gl'iose q̄ plene sbditū ē

Dicit Thomas 4 sē p. d. 49 q. 3

Bb: 37

tam anime q̄ spiritui Unde reddetur clarus. impassibile. agile. subtile. Nolo tamē existimes q̄ spiritus ⁊ anima sunt in eodē homine/modo vel tunc due nature distincte. vel due anime ⁊ essentie. licet fuerit aliquando articulus in anglia condemnatus dicere q̄ non sunt due anime in homīe eodem/rationalis ⁊ sensitiua. Prior vero sententia tenēda est. ut ecclesiasticis dogmatibus continet. Dixit christ⁹ q̄ potestatez habebat ponēdi animā suā. sz q̄ illa sit spiritus. notauit euangelista Tradidit spūm

¶ Discipul⁹ Prudēter ita dixisti. prudenter ita nouisti. expone quod ordiris? ¶ Magister Quia loquimur de dotibus que solēt attribui nubentib⁹ Sponsus enim dotat sponsam. ⁊ nulla creatura/non vnita diuinitati(vt accipiatur anīa christi) dignior fuit dei sponsa notari Maria vti p sponsi ⁊ spōse metaphora dum inquirim⁹ beate Marie laudes. atq̄ preconia. dū viatrix etiam pegrinaretur in terra ¶ Discipulus Grauiter ac letus accipio. q̄tenus in his assumptionis sue solennijs / dum cantica canticorū resonat ecclia tanq̄ epithalamium suū materia conquirēdi iocundissima ministret ¶ Magister. Animaduerte quē admodū tres in matronio succedūt grad⁹ Est enī matrimoniū initiatū est ratum. est consummatū ¶ Discipul⁹ Scio. sz quid ob hoc tetere vis? ¶ Magister Volo dicere virginalē spōsam nostrā/ fm triplicez huncstatū. triplicē habuisse beatitudinez. Beatā respice primo modo/dū ab instanti creationis spūs sui. initiatū est matrimoniū cū eterno sponso deo. per arram fidei. spei caritatis ⁊ ceterarū virtutū. Beatā respice secūdo modo. dum matrimoniū plene consummatū est in assumptione corporis ⁊ anime/cū eternitate dotū suarū. Beatā intellige tertio modo quando matrimoniū fuit ratū in conceptione filij dei. ⁊ deinceps p gratiā consummatū. ne dissolui posset p peccatū q̄uis ad cubiculi secretū. primo fuit in assumptione introducta vbi fuit ⁊ est matrimoniū consummatū. ¶ Discipulus. Jaz velut per rimulas. incipio videre quo tendit iter tue deductionis? ¶ Magister. Uidebis apertius si paucula de dotibus enumerauero potius q̄ docuero. Tres idcirco dicuntur dotes. sponse ad cubiculum sponsi recepte p gloriam. visio fruitio et tentio. que respondent tribus theologis virtutibus vie. que sunt fides. spes. ⁊ caritas. et tribus anime viribus. rationali concupiscibili irascibili. Dicūtur inq̄z igitur dotes. quia sunt habitus/disponentes tres istas vires scōm mentem. que est spiritus. immo vn⁹ tunc cum sponso spiritu⁹. ad act⁹/qui beatitudinē constituūt. quiq̄ sunt intuitiua visio. ⁊ actualis fruitio cū eternitate. Ad quid valent dices iste dotes? Bene quaten⁹ spōse suppetet. vnde portet iugū suauissimū ⁊ onus leuissimum beati cōiugij. vbi fit mens suo modo parens verbi ⁊ sacrarium spiritussancti. Nunquid videtur talis. tanq̄z filij educatio iugis et eterna qualem habet ipsa mens verbigena. vbi gō in vnum mater ⁊ filia. ¶ Discipulus Cōuenisse credim⁹ hec tria simul in Maria. sed quo pacto conueniant in mente rationali non ita perspicio vt virgo dicatur mater ⁊ filia? ¶ Magister. Virgo nominatur propter sinderisum. que nunq̄z violatur. Mater. quia parit in se verbum. rorāte desup patre luminū. cuius est filia. cuius filio nuptialiter cōiuncta est. Quid/ni tūc psallet ⁊ exultet Marie spirit⁹ in deo salutari suo. laudans. psallens ⁊ iubilans pleno toto q̄ cordis affectu. hoc canticorum canticū amoris per amorē canticū nuptiale. quod dicitur epithalamiū. Canticū nouum. pter illuz. qui noua fecit omnia. Tenor huius cantici cōsistit in essentiali beatitudine visionis dilectionis et fruitionis dei. que semp vno ⁊ inuariabili tenore subsistit ⁊ resonat. Porro respectus creature q̄ tam in verbo q̄z in proprio genere. mouet ad canticum multiplici varietate decorum tanq̄z pro discantu. Neq̄z dubitaueris omnes ⁊ singulas in vnum concurrere. mentalis spiritus affectiones. Formabitur enim melodia spiritus. ad exemplar armonie siue melodie dīnalis. que stabilis semper in se manens fastidire non potest. tanq̄z assidue renouetur. ¶ Habes ecce veritatem conclusionis vnius quam tu tibi declarari quandoq̄z postulabas. si Maria in hoc cantico se in omnes perfundebat affect⁹ vel anime passiones. ¶ Discipulus. Habeo forte pro statu gloriet q̄uis ambiguum videatur. si sint in spiritibus beatorum omnes affectus. tot ⁊ tales. quot ⁊ quales sentimus in via. immo non est dubium de dolore. Non enim erit amplius ibi luctus neq̄z clamor sed nec vllus dolor? ¶ Ag̃

De hoc statim videbimus. Tu colligas t intelligas interea quale fuerit canticū beate virginis quot vocibus alternatum. dux iam adepta fuerat beatitudinem illaz. que dicta est superior ad beatitudinem solius vie proxima t vicina beatitudine patrie. Quid si viatores aliqui exercitatos pro cō suetudine sensus mentis habētes/ possint cū oī promptitudine voces affectuū scōm notulas quinnq vocalium. sparsas per syllabas psalmorū. vnamquāq concinere vl formare. ¶ Discipulus. Concludit intelligentia tua. q̄ rationabilis sit conclusio q̄ non ita recipienda est. quasi vox quelibet affectionis. retineat sonum integrum. franguntur enim quadam allisione non aliter q̄ in compositione dictionum videmus. Non enim hec dictio magnificat/plene sonat. istas litteras m a g n i f i c a t. sed i vnū colliguntur quasi tertiū mixtum sonum. Usus est philosophus. hoc exemplo. dux de mixtione tali loqueret elemētorū. q̄ manent quidem in mixto. sed refracta. vel ſm essentiam vt placet Auicenne. vel vt Auerrois scōm proprias qualitates. ¶ Magister. Exemplum placet quod inquisitionē philosophicā presupponit. Exemplum aliud. video ō multis aromatibus simul tritis. ex quibus odor tertius mixtus resultat quandoq plus redolens/aroma predominans. Coaptetur exclamatio canticorum. Que est ista que ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus mirrhe et thuris. t sequitur t vniuersi pulueris pigmentarij. Exemplum aliud est in re nostra licet enim pueri distincte prius sonent. vt re mi fi. postmodum iungunt. litterā paulatim cum vocibus istis. tandem vsu continuo cantant sine vocibus notularuz/qō tandem exemplum. in cōtrapuncto. deinō in discantu plus apparet. vnde valeamus ad musicam cordis trāsferre rationem. vbi celeritas maior est atq facilior sonoritas affectionum spiritualiuz. q̄ sit exterior vocalium. ¶ Discipulus. Das prarim vtendi gēma mistico canticorum cordis. Unō palam fit non esse sistendum iugiter in his quinq vocalibus. a. e. i. o. v. Bz nec in singulis deliberate pausandum est affectibus Alioquin fantasia plus tandem lederetur. q̄ intelligentie recreatio proueniret. Cuius rationem sensualis nos quottidie docet cantus. ¶ Sed manet dubitatio mota de beatis deo iubilantibus. apud q̄s sola vox leticie. t nulla spei. nulla compassionis. nulla timoris. nulla denicq doloris resonare videt. Et hec dubitatio verti potest ad beatitudinem Marie virginis. pro statu vie. proxima statui patrie. quādo nō habebat peccata que doleret. quando conformis erat sua in omnibus voluntas prouidentie dei. que in sui dispositione nō fallitur ¶ Magister Habebit hoc vltimuz ¶3 de conformitate voluntatis locum proprium. Ceterum de affectibus beatificati spiritus edoceri poteris. per similitudinez determinationis abundanter tradite per doctores de virtutibus moralibus t theologicis. t de donis beatitudinibus t fructibus si manent in patria. Quorum finalis est resolutio q̄ in quolibet bono habitu/reperitur aliquid qnod dicit perfectionem sed in pluribus coniunctuz est aliquid pro statu vie imperfectionem notans vel indigentiam. Fides dicit innitentiam prime veritati. spes diuine liberalitati. caritas diuine bonitati. t horum quodlibet vtiq bonum est perficiens spiritum. Sed imperfectionem respice Fides importat enigma. spes cum enigmate futuram fruitionem. caritas vero a deo. q̄uis hic non consequatur intuitiuam visionem. Penitentia dicit detestationem peccatoruz. Timor fugam separationis a deo. Cōpassio seu misericordia/promptitudinem auxiliandi. zelus amorem iusti. Et ita per omnia reperies aliqua de se bona si coniunctos defectus abstuleris. vt a penitentia peccatuz commissum. a timore periculum cadendi. a compassione/miseriam cui nunc oporteat subueniri. Sic itaq de singulis affectionibz beatorum spirituum. quas theologia vocat extenso nomine passiones. que nō sunt in spiritu rationali. maxime separato. scōm realem mutationē quemadmodum philosophi stricte loquūtur de passionibus sensitiue anime. Affectio autem spiritum immutans/intentionalis est sicut gaudium t desiderium de deo. odium vel displicentia de peccato. resilitio in deum t ab inferno. affectus succurrendi alieno incōmodo.

¶ Discipulus Et si magna pars questionis soluta cernatur per exemplum de virtutibus. tamen descriptō beatitudinis affert

Dim

scrupulum, quoniam beatus est qui habet quicquid vult scōm antiquos. ⁊ Augustinum qui addit nihil mali vult. Beatus dicitur quasi bene actus, cui omnia optata succedunt scōm Lassiodorum. ¶ Magister. Conclude primo per etimologiam beati contra stoicos, q̄ virtutes non sunt insensibilitates, quia dicitur beatus quasi bene actus, ergo bene motus, ergo non insensibilis. Et hec certe concedunt de affectionibus intrinsecis ratiōis, sed sensuales omnino detrabunt a sapiente quasi sexeos virtus efficiat. ¶ Porro non est de ratione beatitudinis, q̄ beatus statim habeat q̄cquid vult optandum maxime circa alterum sed absoluta beati volūtas sicut semper cōformis est diuine voluntati sic semper impletur. Et huius declaratio proprium locum habet. ¶ k Superest distinguere de spiritibus affectionum receptiuis. Aliqui sunt ipassibiles effecti. ⁊ p̄ cōtra passibilitatē lesiuā vel corruptiuā vl̄ abiectiuā perfectionis debite, vt in celo, quoniā nihil impedit, imo confert esse passibiles passione pfectiua, sicut dilectō dei, suaq̄ fruitio. Nōne celum impassibile dicitur primo modo quod lumine solis cernitur mutari. Alius est spiritus rationalis atq̄ receptiuus lesiue passionis etiam vt spiritus est. ⁊ hoc q̄tidianum est nobis viatorib⁹ velimus nolim⁹. Et de dāmnatis spiritibus fides credit, sed modus alio loco dicendus est. Est tertia vel fuit in nonnullis spiritibus proprietas, que dedit eis posse non pati passione lesiua vel disconuenienti, qualis fuit pro statu nature institute, ⁊ qualiter erat in anima christi, nisi sponte passiones suscepisset. Vides ne igitur q̄ primus spiritus per passiones nō leditur qualescunq̄. nec si poneretur in stagno sulphuris ardentis Gaudet assidue, nec gaudium minuunt alie iuncte affectiones, sicut compassio deficientium, detestatio peccati, resilitio reuerentialis in propriā paruitatem que timoris species est. Odium denique vitiorū, qō est zelus bonus, ⁊ ita de reliquis iperfectione semota. Tertius spiritus suo modo carebat lesiuis passionibus in primo parente, ⁊ nunc forte sic in Enoch ⁊ Helia Sed an beate nostre talis fuerit exultatio spiritus in deo salutari suo/non arbitror asserēdum, quin doluerit tam anima q̄ spiritu, non enim glorificatus fuit spiritus suus, sicut spiritus christi, nec voluntate sola passionibus lesiuis subiacebat Tuam inquit Simeon ipsius animaz pertransibit gladius. ¶ Discipulus. Nōne fuit immunis ab omni peccato nostra btā. ⁊ si sic/cur passa est, quia quicquid patimur, peccata nostra meruerunt Eua deniq̄ fuisset ante lapsum, ipsa Maria pfectior, quia tūc poterat nihil pati. ¶ Magister. Notata est alibi responsio, q̄ in Maria fuit necessitas originale peccatū contrahēdi, scōm causas inferiores, scōm legem ꝓpagationis et cōiunctione viri cum femina. Lex enim superior preiudicauit huic necessitati preuenīdo casum, per sanctificationem ⁊ gratiam. Sic dicit in alio casu sanctus Thomas, de occurrentibus tempe iudicij obuiā christo in aera, q̄ si nō moriantur, hoc non est scōm causas inferiores quibo habebant necessitatem moriendi. Nec est cōtra apostolum dicentem, statutū est hominib⁹ semel mori deinde iudiciū, quia priuilegium superioris hoc suspendit. Non secus est in posito de Maria, a necessitate contrahendi originale peccatum, preuenta ⁊ priuilegiata, ⁊ excellentissime sic redempta qualiter redimi non egebat Jesus christus quia per carnalem concubitum non formatus. Dolores idcirco pertulit Maria, nō omnino sponte sicut filius, sed nec penit⁹ inuoluntarie sicut nos in quibus motus vitiosi preueniunt iudicium rationis, quos ratio preueniebat in Maria. Alioquin venialia saltem commisisset. Nihilomin⁹ dolebat ꝓpter spiritum passibilē, ⁊ statum, cū omni tamen moderatione ⁊ virtute, ⁊ merito Continuo. Cōplebat insup illud aplicum Gaudete in dño semp, itez̄ dico gaudete. Sciebat, q̄ dñs sibi ꝓprim⁹ erat ⁊ fuerat supra ceteros viatores, qō notauit cū subiūxit ꝓ causa exultationis sui spūs. In deo salutari suo, q̄ respexit inḡt būlitatē ancille sue. Juxta ꝓmissum ꝓ Esaiā. Sup quē respiciā, nisi sup pauperculū ⁊ contritū spū. ⁊ trementē sermones meos. q̄uis certa esset nō min⁹ aplo, q̄ neq̄ mors neq̄ vita ⁊c. separet eā a caritate dei que erat in xp̄o Jesu salutari suo. Et ideo cōtinuo gaudebat plus q̄z in sola spe, sed minus q̄z in regloria Ecce habes in hac dictione beatā. E. pro spe, habes a pro letitia. Jam supra spem

additur tertium a .dum venit in gloriam. Huc pro canticis accedit incidens cōsideratio nominis hui⁹ beatitudo. q̄ quinq; vocales/quiq; significantias affectuum in se claudit. Ceterum quia dixisti. omē quod patimur. peccata meruisse. verū est propter originale peccatum. quod remouit probibens lesiuas passiones cum peccatis. Nostra denicq; beata semper habuit gratiam gratum facientem. que originali superemineret iusticie. qua primitus ornata fuit Eua sed perdidit. ¶ Discipulus. Accepisse puto sufficientem pro elicita prius cōclusiōe deductionem. de cantico Marie scōm omnes affectiones sub omni facilitate formatas per organum cordis. vbi fulgebat mentis verbum sententiosissima numerositate representans velut mirabiles rationes rerū instar patrie. licet adhuc in enigmate vie.

D ¶ At vero putas ne credēdum. q̄ vocale canticum addiderit nōnūq̄. hec beata.

¶ Magister. Sane puto/maxime in ista pegrinatiōe laboriosissima comitib⁹ Jesu puero ⁊ virginali spōso Joseph. vt adimpleret ad litteram illō Psalmiste. Cantabiles mihi erāt iustificatiōes tue. in loco pegrinationis mee. Cur p̄terea nō cecinerit corpalem recreando laborem. nūc psalmos patris sui Dauid. nunc cāticum proprium. nūc illud Zacharie. nūc Simeōis alludens sponso blandienti ⁊ dicenti. vox tua sonet in auribus meis. vox enim tua dulcis. Nunquid ecistimas beatam nr̄am in iocundissimo partu. ⁊ post partum. dux natus erat saluator mundi. concinentibus angelis. Gloria in excelsis dō. siluisse. Nūquid non infanti posito in presepio ⁊ flenti. debuit ⁊ consolatorium fescēninuz. dulci susurrio velut aure tenuis r̄sonar̄? Quid vero de celebri ritu propriarū nuptiarū cōiecturas. que nuptijs alienis interfuit hilariter bonorādis. ⁊ vino de aqua facto. gratuita pietate solandis. Quid in templo nutrita et de canticis syon edocta. debuit quoso silere. ¶ Discipulus. Grata commemoras. que nō abhorrēt a pia credulitate. etiam si addideris iustum Joseph cuz puero iesu nōnūq̄ vna cecinisse. Sed hec hactenus. q̄ seculi prudētib⁹ in ocul'suis (q̄bus oīne qō putāt sublime videre) nuge videbunt anles ⁊ indigne. q̄si nō multo amplior fuerit hūiliatiōis. vel crucis misteriū. vl' lotio pedū. imo generali'oīs actio nouissimi viroz. q; fact⁹ est ꝓpter nos opprobriū boim ⁊ abiectō plebis. q̄s sint ista q̄ dicim⁹ de Maria. ¶ Magister. Das materiā dissolutiōis pus facte qōnis tue. cur erūpens in canticū nouuz/dixerit brā. Magnificat aīa mea dñm. Sane q̄d magnificētius eo cui⁹ magnificentia eleuata est super celos. Quid in talē magnificaret ꝑ est magnificū ꝓdicaret. Quidni toto nisu dilataret. ⁊ ertē deret aīe sinū ad ei⁹ amplexū. Quidni p̄terea. crebrius alt'naret affect⁹ suos. fm nostulas vocaliū. mō de leticia in cōpassiones sentiēs q̄ miserationes dei sunt sup oia opa eius Precipue nūc. qñ misericordia dñi plena fuit terra. qñ cōpleta est postulatō psalmiste. Et veniat sup me misericordia tua domie salutare tuū scōm eloquiū tuū. quādo misericordia ⁊ veritas obuiauerūt sibi. quādo iusticia ⁊ pax osculate sunt. qū deus dedit benignitatē. ⁊ terra nostra dedit fructū suū. qñ timidus. dolēs ⁊ languidus homo per sapientiam accusatus. per iusticiaz damnat⁹. ⁊ punitus per potētiaz. suscept⁹ ad gratiā p̄ viscera misericordie dei nostri in quib⁹ visitauit nos oriens ex alto. glorificatōis et'ne spē afferēs. qñ soluta mors ō deperit. datur triūphus gratie ¶ Discipl's Cōfūcio. Tales inenarrabiliter cōtemplationes. beatam nostram sub omni celeritate in momēto. in ictu ocli. in nouissima tuba contulisse. ⁊ in affectum suauissimi cordis traducendo cantasse. Juxta ⁊ supra p̄missionem notularuz vt fit in verbulis seuminutis discantuū. Intonās igitur voce serena/p̄sonuit post Elisabeth p̄conium. immo tonuit ⁊ exclamauit voce grandi ad aures seculorū oium. Magnificat anima mea dñz. Tale tuū carmē nob dīna maria quale sopor fessis in gramine. quale p estū dulcis aque saliente sitim restinguere riuo Sed redit ad cor. cur non dixit Maria? Magnificat anima mea dominum. ¶ A

¶ Magister. Altiori reperam⁹ principio. dicentes Marie linguam/fuisse calamū scribe velociter scribentis. boc est spiritussancti qui nedum velociter. sed multipliciter scribit. adeo q̄ non est vota vnum positum sine causa. non est aper vnus/tam in significatione q̄s in ordine frustra locatus. Ex q̄ perpenditur q̄s lata ⁊ lauta sit mensa sapiē tie sacre que tot epulas ⁊ fercula ministrat quot possunt a quocunq; . veri ⁊ salubres sensus elici. scōm quadruplicis exposit̄ois

Dm ⁊

genus. ¶ Preuidens igitur spiritussanct⁹ seminarium quinq; vocalium non esse pretereundum a posteris. sed inde significatões alias/modo quo nũc fecimus/ꝛ factuꝝri sunt alij subtilius eliciendaq; voluit primum cantici canticoꝝ. Marie versiculuꝫ. terminari sub hoc nomine trisillabo dominum. tanq; neuma. prium. o. i. v. ¶ Discipulus. Dirumvero cur canticum summe leticie/finiuit in voce doloris ꝛ mestitie. q̃lem. v. quinta notularum designat ¶ Magister triplex occurrit hic. ꝛ nũc mistica ratio. Prima quatenus ex prima vocali. a. et vltima. v. redderetur quasi diapente que ẽ quinta perfecta. Altera quatinus fieret anthiteton seu contrapositio gaudij ad merorem. Tertia pro laude humilitatis. que cãtica vie solet in dolore terminare. quasi diceret. Quomodo cantabimus canticũ domini in terra aliena. Fit proinde grauior solidior ꝛ eminentior ipsa salubris leticia que tali fine stabilitur interrogatioue humane miserie. sed non absq; misericordia quam Junctum sibi notat. ¶ Discipulus. Non dilataueris nũc hanc imaginatõnem. sed te confer magis ad causam litteralem. ¶ Magister. Jsta quidẽ litteralis est quia scõum litteras. Sed ad intentõnem tuaz dico q̃ initiũ sapiẽtie est timor domini. Si ego dominꝰ ait ipe. vbi ẽ timor meus? Timor (vt scis) ad antiquã legem spectabat. sicut ad nouã amor. Dominꝰ preterea plus respicit opus creatiõis ꝛ potẽtie. Vñ ab omibus magnificãdus eẽ cõcedit dñs. Homẽ vero qõ est deꝰ salutaris meus ad opus recreatiõis ꝛ gr̃e. nemo christianꝰ ambigit ptinere. Jdeo cur debuerit subsequi vides. ¶ Discipulus. Nisi prius ostẽdisses quẽadmoduz btã nostra particeps iuuẽcula; tympanistria; / potuit alt̃nare repẽte ꝓprias meditationes ꝛ affectꝰ. non ita satisfacerẽt mihi rñsiones tue. q; talem neq̃o conseq̃ celeritatẽ. ¶ Mgr̃. Dat cãm q̃ ait. Corpꝰ qõ corrũpit aggrauat aiam. ꝛ deꝑnit terrena habitatio. sensuum mlta cogitãtem. Nostre vero beate cõuersatio iam erat in celis. iam q̃q; dotes corpis glificati inchoabat. ex abũdantia virtutũ. necnõ dominij spũs sup aiam ꝛ corpus. vt esset inde corpus agile fm omnes vires cognitiuas ꝛ motiuas subtile Preterea clarum nec ita passibile vt nostrum quod preuenitur a pmis motibus. sed tamẽ ista minus q; nunc in patria. ¶ Discipulus. Des aliquod indicium corporis Marie spiritũ nõ ꝓgrauantis. ¶ Magister. Preueniebat spũs suus. corpales intus motus. qui nati sunt obsequi rõni. Non grauabat eam puerperiuz. nulla labes tyrãnice rebellionis ex fomite/colaphizabat eam. deniq; nullas in se cõmotiões illecebrose carnis sensit. sed a respicientib⁹ se/sedauit. Credi similiter debet q; ab audientib⁹ serenissimã vocem eius. Secus de aliarum vocib⁹ que ad gehennam inflãmant. Jdeo nec predicare pmittuntur. nec cant⁹ apud eas caret discrimine. plusq; sibulus colubri vel serpentis quarum sunt oculi vt aspectus reguli. ꝛ tactus germina virtutum eradicãs ꝛ exurẽs ¶ Discipulus. Sentio quos ꝛ quas tangit illud secus ꝛ ista diuersitas a Maria. Sed vtrum caruerit tentationibus inimici? ¶ Magister. Non oportet. q; sathan ausus est tentare filiũ dei. quomõ non tentasset matrem? qõ ei cessit ad palmã victorie multiplicis ꝛ aureole. vt coronaretur q̃ legitime certasset. quia nõvit Eua succubuit tentatori. Dolebat ꝓterea cuz dolentib⁹ gaudens cum gaudentib⁹. sed vtriq; moderamine summo. vt plus de vulneribꝫ et nexibus aiarum q; vitiũ/q̃q; corpoꝝ q; pestẽ ꝛ gladiũ vereret. exemplo filij plus dolentis ingratitudinem nostre nequicie. q̃q; tormẽtuz mortis ꝓprie suo modo. Quare noli dubitare. q; canticum suũ iocũdissimũ ꝛ a iocunditate inceptum. instituerit Maria cũ timore sancto. cum zelo bono. cum viscera cõpassione. cum spe ꝛ multo desiderio. quaz vrgebat caritas. exclamare. post ascẽsionem filij sui. Filie hierlm nunciate dilecto q; amore tangueo ¶ Discipulus. Vellem cõparares beatitudinem Marie qua nũc fruit. ad beatitudinẽ vie. que licet fuisse sit ꝓbata singularis. nihilominus patrie par non fuit. Cum enim pretulisset Jesus Johannem inter natos mulierum/subiũxit. Qui minor est in regno celorum maior est illo. Jtaq; rem mihi feceris. vestisq; suis accõmodam/que recolimus. ¶ Magister. Suscipe nunc oculis intelligentie. et aures erige fidei. quemadmodum magnificauit hodie Maria dominũ. videns facie ad faciem christũ qui sibi magna fecit ꝛ inscrutabilia. prius in terris nunc in celis. ¶ Discipulus. Cõstituit ipsa sola/hierarchiaz scõm sub deo trino ꝛ vno/hierarchia

primo ꝛ summo. apud quem hierarcham humanitas filij sui sola sublimata sedet a dextris virtutis dei per vnitatem suppositi. ¶ Magister. Suscepit ipsam dominꝰ recordatus misericordie sue collocans ipsam super omnes choros angelorum. apud quos videtur beatus Johannes baptista primus post Mariã positus in ordine seraphin loco luciferi simul ꝛ alij, p qualitate meritorum vsq; ad infimum ordinem angelorum. sub quo /repositos dicunt saluatos ex solo christi merito. deficiẽte ꝓprio q̃ secundã hierarchiã constituunt. ¶ Magnificata est ita hodie beata virgo. vt regina celi. immo ꝛ mũdi/iure vocetur habens preeminentiã ꝛ virtutem influcinaz super omnes. Principatũ habet dimidiũ regni ỏ si sic dici potest sub typo Hester ꝛ Assueri. Regnuũ quippe dei consistit in potestate ꝛ misericordia. Semel locutus est deus duo hec audiui. quia potestas dei est ꝛ tibi domine misericordia. Potestate domino remanente. cessit quodammodo misericordie pars/christi matri sponsoq; regnanti. Hinc ab ecclesia tota. regina misericordie ¶ P salutatur. ¶ Magnificat. hodie dominuz quia magnificata pre omnibus diebus vite sue. Plenũ gratie cõplementũ. hodie sucura recepit. Nulla dies ipi festiuior. nulla desiderabilior iocũditate refulsit. Feliciꝰ parit hodie gloriosa filiũ in corde/quẽ viatrix in corpore genuerat. imo iam non meminerit pressure. quia natus est homo in mundũ alterũ ꝛ i sinu patris collocatus ¶ O quãtis hodie. o qualibus armonie modulis adaucta celestis melodie cãtilena resultat. Nulla post christũ vox suauior. nulla penetrabilior ꝛ acutior. nulla liquidior exaudit. Consonat ei pro tenore grauissime presso. grauissimꝰ ꝛ infimꝰ peccatoruz lucifer cũ simul vlulantibꝰ ꝛ stridentibꝰ dãnatoꝝ rugitibꝰ. Consonãt inq̃. qz iusticie voces cõsentaneas molli modo eantui melodizãt. sed eis ve. ve. deo autẽ gloria ꝛ magnificentia in secula seculoꝝ. ¶ Exultauit spũs inbians ꝑus in ỏo salutari suo. nunc implero fundit ꝰ hiatu desiderij. requiescit in intimo sinu spõsi dilecti ỏi salutaris sui Pri ꝰ antia deꝑcabatur/osculetur me osculo oris sui. Prius vbera sponsi sitiebat. prius trahi se post se postulabat. Hodie toto empleꝯ nunq̃ abrumpenda. toti sponso beata coniungitur. Inebriatur ab vbertate vberũ sponsi ꝛ torrente voluptatis. nulla iam necessitate trahenda potatur. ¶ Trahat nos pꝰ se deprecamuꝰ cuiꝰ nomẽ oleuz effusum. vt curram. in odore vnguentoꝝ suoꝝ. Currant in via quedã adolescentule scilicet virtutes ꝛ actiones portionis inferioris. Ita per metaphoram nominaremus. Gaudent omẽs. per virtutes esse fecũdas. fecundet enim infecunditatẽ / meritis eius vir noster dux virginitatis nostre. que est superior portio mentis nostre. ¶ Gloriabat se introductã in cellaria regis. q̃ si sub claue custodita. cui modo omnia patent. secreta regis celestia. Stillet nobis de ꝓmptuarijs paradisi plenissimis refrigerans potu aduersum estũ vitioꝝ. Nulla iã sibi nigredo. vel fuscedo. nll'a per solis ecustionem decoloratio. nulla iaz pugna filiorum matris sue cõtra se. nulla vincarũ habenda custodia. omnia quippe parata. omnia secura sunt ꝛ tranquilla. ¶ Tu beata dilectũ tuuz optabunda petebas. Indica mihi quem diligit anima mea. vbi pascas vbi cubas in meridie. ne vagari. id est vane agi incipiam post greges sodaliũ tuoruũ Cernis nũc dilectum. nimia claritate simꝫ ꝛ feruore. per intimã ꝛ meridianã visionez vt nullus sit amplius euagandi timor. nullum discrimen oberrandi post greges fictorum pastoꝝm. qui sponsi se similabant amicos. sed fallebant. ¶ Non iam audies quasi sub ambiguitate sermõis. Si ignoras te o pulcerrima mulierum. que deum. que te que omnia cognoscis. pcul hinc pro cul egredi periculum post vestigia greguz nulli superunt bedi fedoꝝ affectuũ pascendi. nulla pastoꝝ tabernacula plura videbũtur. quoniã tibi est vnũ ouile ꝛ vnus pastor omni diuisionis suspitione reiecta. qñ scãdeus ad ethera/potestates aereas debellasti. nihil aduersum te malignantes spiritꝰ posse sentientes. Admirari potius oportebat demones ꝛ pauescere quasi querentes inter se. Que est ista que ascendit per desertum. quasi aurora consurgens. que nobis est vmbra mortis ꝛ terribilis vt castroꝝ acies ordinata. ¶ Non est quidem incredibile christum fuisse cuius currus erat decem milibus multiplex per angelos ducens secum multam ex purgatorio captiuitatem. ob honorem noue coronationis ipsius. q̃ ¶ Q

